

*Nf. 20.*



1. M. Petr. Adolph. Boysen Ecloga Archaeologica ad Difficile Pauli iter Act. XXVII 9.
2. G. Theodon Hassi Dissertatio Philologica Hispanica de Templo Onis Heliopolitano.
3. Joh. Philipp. Caspelli Tentamen Philologico-Criticum de vocibus Uno et Cilona ad Scholiasten Iuvenalis Sol. XI, 140
4. Eundem Dissertatio Critico-Philologica de Vocibus Progenio <sup>Kalka</sup>
5. G. Bened. Gollub Clausoviz de cura Coangelista Med. et. ad Geogr. IV, 145
6. M. Degeni Demonstrationes ad Hebraeorum Grammaticam pertinentes. Hala
7. M. Joh. Degeni Demonstrationes de Prophetarum ordine Chronologico.
8. Diablice M. Joh. Christoph. Polingii de Augustano confessionibus interpretatione Hebraica usate Philippo Golo Halesi. Hala 1736
9. M. Joh. Justi Cosii Dissertatio philologica qua Hebraeos veteres Christum scripturae Hebraeorum studiose solum quosvisse ostenditur.
10. G. Joh. Herr. Michaelis Dissertatio inauguralis exegetica, qua sensus verbum Jobi XIX, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100, 101, 102, 103, 104, 105, 106, 107, 108, 109, 110, 111, 112, 113, 114, 115, 116, 117, 118, 119, 120, 121, 122, 123, 124, 125, 126, 127, 128, 129, 130, 131, 132, 133, 134, 135, 136, 137, 138, 139, 140, 141, 142, 143, 144, 145, 146, 147, 148, 149, 150, 151, 152, 153, 154, 155, 156, 157, 158, 159, 160, 161, 162, 163, 164, 165, 166, 167, 168, 169, 170, 171, 172, 173, 174, 175, 176, 177, 178, 179, 180, 181, 182, 183, 184, 185, 186, 187, 188, 189, 190, 191, 192, 193, 194, 195, 196, 197, 198, 199, 200, 201, 202, 203, 204, 205, 206, 207, 208, 209, 210, 211, 212, 213, 214, 215, 216, 217, 218, 219, 220, 221, 222, 223, 224, 225, 226, 227, 228, 229, 230, 231, 232, 233, 234, 235, 236, 237, 238, 239, 240, 241, 242, 243, 244, 245, 246, 247, 248, 249, 250, 251, 252, 253, 254, 255, 256, 257, 258, 259, 260, 261, 262, 263, 264, 265, 266, 267, 268, 269, 270, 271, 272, 273, 274, 275, 276, 277, 278, 279, 280, 281, 282, 283, 284, 285, 286, 287, 288, 289, 290, 291, 292, 293, 294, 295, 296, 297, 298, 299, 300, 301, 302, 303, 304, 305, 306, 307, 308, 309, 310, 311, 312, 313, 314, 315, 316, 317, 318, 319, 320, 321, 322, 323, 324, 325, 326, 327, 328, 329, 330, 331, 332, 333, 334, 335, 336, 337, 338, 339, 340, 341, 342, 343, 344, 345, 346, 347, 348, 349, 350, 351, 352, 353, 354, 355, 356, 357, 358, 359, 360, 361, 362, 363, 364, 365, 366, 367, 368, 369, 370, 371, 372, 373, 374, 375, 376, 377, 378, 379, 380, 381, 382, 383, 384, 385, 386, 387, 388, 389, 390, 391, 392, 393, 394, 395, 396, 397, 398, 399, 400, 401, 402, 403, 404, 405, 406, 407, 408, 409, 410, 411, 412, 413, 414, 415, 416, 417, 418, 419, 420, 421, 422, 423, 424, 425, 426, 427, 428, 429, 430, 431, 432, 433, 434, 435, 436, 437, 438, 439, 440, 441, 442, 443, 444, 445, 446, 447, 448, 449, 450, 451, 452, 453, 454, 455, 456, 457, 458, 459, 460, 461, 462, 463, 464, 465, 466, 467, 468, 469, 470, 471, 472, 473, 474, 475, 476, 477, 478, 479, 480, 481, 482, 483, 484, 485, 486, 487, 488, 489, 490, 491, 492, 493, 494, 495, 496, 497, 498, 499, 500, 501, 502, 503, 504, 505, 506, 507, 508, 509, 510, 511, 512, 513, 514, 515, 516, 517, 518, 519, 520, 521, 522, 523, 524, 525, 526, 527, 528, 529, 530, 531, 532, 533, 534, 535, 536, 537, 538, 539, 540, 541, 542, 543, 544, 545, 546, 547, 548, 549, 550, 551, 552, 553, 554, 555, 556, 557, 558, 559, 560, 561, 562, 563, 564, 565, 566, 567, 568, 569, 570, 571, 572, 573, 574, 575, 576, 577, 578, 579, 580, 581, 582, 583, 584, 585, 586, 587, 588, 589, 590, 591, 592, 593, 594, 595, 596, 597, 598, 599, 600, 601, 602, 603, 604, 605, 606, 607, 608, 609, 610, 611, 612, 613, 614, 615, 616, 617, 618, 619, 620, 621, 622, 623, 624, 625, 626, 627, 628, 629, 630, 631, 632, 633, 634, 635, 636, 637, 638, 639, 640, 641, 642, 643, 644, 645, 646, 647, 648, 649, 650, 651, 652, 653, 654, 655, 656, 657, 658, 659, 660, 661, 662, 663, 664, 665, 666, 667, 668, 669, 670, 671, 672, 673, 674, 675, 676, 677, 678, 679, 680, 681, 682, 683, 684, 685, 686, 687, 688, 689, 690, 691, 692, 693, 694, 695, 696, 697, 698, 699, 700, 701, 702, 703, 704, 705, 706, 707, 708, 709, 710, 711, 712, 713, 714, 715, 716, 717, 718, 719, 720, 721, 722, 723, 724, 725, 726, 727, 728, 729, 730, 731, 732, 733, 734, 735, 736, 737, 738, 739, 740, 741, 742, 743, 744, 745, 746, 747, 748, 749, 750, 751, 752, 753, 754, 755, 756, 757, 758, 759, 760, 761, 762, 763, 764, 765, 766, 767, 768, 769, 770, 771, 772, 773, 774, 775, 776, 777, 778, 779, 780, 781, 782, 783, 784, 785, 786, 787, 788, 789, 790, 791, 792, 793, 794, 795, 796, 797, 798, 799, 800, 801, 802, 803, 804, 805, 806, 807, 808, 809, 810, 811, 812, 813, 814, 815, 816, 817, 818, 819, 820, 821, 822, 823, 824, 825, 826, 827, 828, 829, 830, 831, 832, 833, 834, 835, 836, 837, 838, 839, 840, 841, 842, 843, 844, 845, 846, 847, 848, 849, 850, 851, 852, 853, 854, 855, 856, 857, 858, 859, 860, 861, 862, 863, 864, 865, 866, 867, 868, 869, 870, 871, 872, 873, 874, 875, 876, 877, 878, 879, 880, 881, 882, 883, 884, 885, 886, 887, 888, 889, 890, 891, 892, 893, 894, 895, 896, 897, 898, 899, 900, 901, 902, 903, 904, 905, 906, 907, 908, 909, 910, 911, 912, 913, 914, 915, 916, 917, 918, 919, 920, 921, 922, 923, 924, 925, 926, 927, 928, 929, 930, 931, 932, 933, 934, 935, 936, 937, 938, 939, 940, 941, 942, 943, 944, 945, 946, 947, 948, 949, 950, 951, 952, 953, 954, 955, 956, 957, 958, 959, 960, 961, 962, 963, 964, 965, 966, 967, 968, 969, 970, 971, 972, 973, 974, 975, 976, 977, 978, 979, 980, 981, 982, 983, 984, 985, 986, 987, 988, 989, 990, 991, 992, 993, 994, 995, 996, 997, 998, 999, 1000
11. M. Christoph. Bened. Michaelis Dissertatio Hispanica-Philologica de Jeremia et vicinis eius
12. G. Christoph. Bened. Mich. oratio solemnis de Dignitate laudabili exemplo Typog. Gressii eadem anno
13. Conrii et Krüzeni epistola quibusdam ad Thalesiopol. G. C. Bened. Michaelis de iure orbi et novo Eud. XXI, 12, 13
14. Christoph. Bened. Mich. Dissertatio Philologica-Hispanica inauguralis de Objecto Paulini sermonis Christi Rom. VIII, 19.
15. Eundem Dissertatio Theologica-Hispanica-critica qua Copula XXXV. Genes. Rosana

H. C. B. Michaëlis de notione Superi et inferi.

fallat non vultu meorum..

H. C. B. Michaëlis.

6

DEMONSTRATIONES  
AD  
EBRAEORVM  
GRAMMATICAM  
PERTINENTES

---

QVAS  
AMPLISSIMI  
PHILOSOPHORVM ORDINIS  
CONSENSV

PVBLYCO ERVDITORVM EXAMINI  
SVBIIICIT

M. IO. CHRISTOPHORVS DECKER,

ET

GOTTHILF. IO. LVDOV. DIENEMANN.  
BEROLINAS.

---

DIE OCTOBRIS CIOIOCCXXXVII.

---

HALAE MAGDEBVRGICAE,  
LITTERIS IO. HENRICI GRVNERTI, ACADEM. TYPOGR.



V I R O  
S V M M E V E N E R A N D O  
A M P L I S S I M O

M I C H A E L I  
R O L O F F I O

P O T E N T I S S I M O P O R V S S O R V M  
R E G I A C O N S I L I I S S A C R I S

E T  
B E R O L I N E N S I Y M S A C R O R V M A N T I S T I T I  
S V M M O

T H E O L O G O P L A N E I N C O M P A R A B I L I  
D E S A C R A E T L I T T E R A R I A C I V I T A T E  
I M M O R T A L I T E R  
M E R I T O E T M E R E N T I

S T V D I O R V M S V O R V M S T A T O R I  
M V L T I S N O M I N I B V S P I E  
S V S P I C I E N D O



LIBELLVM HVNC  
IN GRATI ANIMI TESTIFICATIONEM  
SACRVM ESSE CVPIT

ET  
SE SIMVL.

SVAQVE STVDIA  
IN POSTERVM OPTIME  
COMMENDAT

GOTTHILF IOH. LVDOV. DIENEMANN,  
BEROL.  
S. S. THEOL. CVLT.





Vae variis in doctrinis a praestantissimis adhibita fuit ingenii, methodus rationis, Ebraeorum Grammaticae si ad commodaretur, semper nobis visum est tam iucundum quam vtile. De iucunditate, quam illius modi menti adferunt tractationes, ut iam nihil dicamus, quum sexcentorum hominum, quam contestamur experientia, ipsiusque rei natura ac indoles possit dubitantem confirmare; nec de utilitate multa praefari necesse erit, quum illa ipsa rerum distincta cognitio, quae hac methodo obrineretur quasi vnice, illam satis superque loquatur. Animum enim exercet in exstruendis, amplificandis, communiendis denique doctrinae pommeris; docet veritatum concatenationem; docet principiatorum a principiis dependentiam; dum, illa vtrum sint certa, an incerta probabilia, an improbabilia, an denique, dubie fluant, commonstrat. Grammatices quidem principia ex usu illius gentis, cuius dicitur, petenda sunt; adeo ut scientiae auctoritatem prae se ferre nullo modo videatur. Verum enim vero, ut primum omnis nostrae cognitionis principium ab experientia desumitur, inque plurimis scientiis multa

multa ex isto fonte deducenda occurrunt principia; nec ob id praeclarum scientiae nomen cuius denegari poterit speciali Grammaticae. At enim vero non diffitemur ad minorem reduci debere principia numerum, ceterasque eius regulas ex illis legitime esse deducendas. Quae cum ita sint, quid est, fides, quod de hoc nomine etiam grammaticae adtribuendo dubitemus? Non enim, quod plus est, in demonstrandis grammaticae regulis, experientiam tantum clamamus; verum etiam, praeter haec specialia grammaticae principia, alia sunt, eaque generalia, ex ipsa linguae natura eiusque fine deducenda. Quod si ergo haec cum illis combinaueris, facillimo negotio ambobus quasi oculis videbis, adesse definitiones, experientias indubitatas, axiomata, et quas plures ad demonstrationem requirimus propositiones. Haec igitur si secundum syllogismorum regulas connectuntur, nescio sane, quid meruerit Ebraeorum Grammatica, cui omnes tamen mox enarrati scientiae characteres competunt, cur e scientiarum cancellis excludatur. Grammaticae ebraeae praecipuum quidem cognoscendi principium est, immo manebit Ebraeorum usus loquendi: interim tamen ex vniuersali grammatica principium diiudicandi murari potest, quid quod debet; ita nimirum, ut, quas haec de linguae perfectione docet, regulae cum illis comparentur, quas Ebraeos sibi finxisse eorum scriptis discimus. Ex his enim facile earum convenientia, vel discrepantia, ipsiusque linguae perfectio vel imperfectio poterit diiudicari. Plura hac de re dici posse quis non videt? sed ne et oratio, quum ipsa iam tractatio disputationis modum fere excesserit, nimium excrescat, aliis omisissis, paucis ipsius instituti rationem paragraphorumque ordinem exponemus. Per Grammaticam ebraeam generatim cum aliis intelligimus illam, quae, qua ratione oratio ebraea fit formanda, docet: quumque oratio sit serierum terminorum connexorum, adeoque aliquid compositi, in duas praecipue diuidi poterit partes: quarum vna orationis partes;

partes; altera vero modum orationem ex iis componendi tractat. Atque priorem illam partem, cum Ven. DANTZIO, speciatim dicimus grammaticam; quam hic solam, non tamen integram quoad omnes eius partes, demonstrare nitimur. Etenim quis mortalium sic omni captus esset mente, ut omnium a nobis exigeret demonstrationem. Cogites quaeſo! non omnibus contingere Corinthum adire; hinc, quam utilitatis principium, quod sane in grammaticis maximi est momenti, animi requirit perspicaciam, non omnibus conuenire. Quid igitur facilius euenire poterat, quam ut optimum hoc principium ab aliquibus negligeretur, et haec numquam satis vituperanda negligentia, etiam aliis, linguae detrimentum ex illa oriundum non adtendentibus, in consuetudinem eueniret. In primis vero id euenire solet, cum ab illis id fieri obseruamus, quibus ob honorem debitum, tam leui in re aduersari nefas putamus; immo quorum omnia incongrua saepius dicta, illis ipsis inuisis, tanquam a caelo delapsa, verborum dote locupletare et ornare solemus. En infelix hoc, quas Grammatici dicunt, exceptionum fundamentum! commune omnium linguarum periculum! vix reparabile, per longum saltem temporis spatium linguae detrimentum! Speciali linguae ebraeae nisi desituri essemus historia, nonnullorum forsitan ex isto fonte deriuare possemus rationes; illam tamen dum sperare nequimus, nec de ipsis rationibus, num omnis fundamenti e re ipsa aliisque circumstantiis petendi, sint expertes, nec ne, iudicium ferre possumus. Non tamen est, quod ob id de ipsius linguae dubitemus perfectione: super sunt enim multa, eaque plurima, quae illam satis superque demonstrant. Quare igitur argumenta si qua potes, qui ebraeae linguae perfectionem vis negare: quod si vero nostrorum nullum potes infirmare, sile. Est enim ridiculum ad ea, quae habemus, nihil dicere; quaerere tamen quae habere non possumus. Animo indulgentes, quem

ingressi sumus tramitem, fere reliquimus; hinc tribus verbis explicabimus, nos tum ob rationem plenius expositam, tum ob disputationis modum non negligendum, plura ipsi tractationi non addidisse: quae vero tibi tradimus, B. L. ut benigniter accipias, impense rogamus. Quod si a te nobis tribui, concedique sentiemus, videbis industriam forte nostram his in rebus nos in posterum quoque probaturos. Paragraphorum ordinem sequens tabula exhibet.

## I. De Vocis partibus §. 1--98.

## A. simplicibus §. 1--58.

## N in genere §. 1.

## N in specie §. 1--58.

## a. litteris, §. 1--31. quae diuiduntur

## a. ratione figurae §. 1. 2. in

## 1. ordinarias §. 2.

## 2. extraordinarias §. 2. 3. quae tales sunt modo

## αα. simplici §. 3. et vel aliquando solam mutant

## aa. quantitatem i. e. dilatabiles.

## bb. qualitatem i. e. finiales.

## ββ. composito §. cit. quae cum quantitate etiam qualitatem mutat i. e. mixta.

## b. respectu pronuntiationis §. 4-18.

## 1. organi §. 4-7.

## 2. soni §. 8-18.

## αα. mouendas §. 8-11.

## aa. unisonas §. 9.

## bb. bissonas §. 9-21.

## ββ. quiescentes s. non mouendas §. 12-18.

## 3. originis sive etymologiae §. 19-31.

## αα. radicales §. 19. 20.

## ββ. non radicales seu seruiles §. 21-31. quae sunt

## aa. essentielles §. 22-24.

## bb. extraessentiales §. cit. 29.

## † negotiosae §. 25-27.

## \* locale §. 26.

## \* intendendi §. 27.

## † sic dictae otiosae §. 28. 29.

## \* paragogicae

## \* epentheticae

## β. punctis §. 32-59.

## a. vocalibus §. 32-43.

## 1. propriis §. 32. 33.

## 2. vocali improprio s. schua §. 34-43.

## b. non vocalibus §. 44-58.

## 1. accentibus §. 44.

## 2. diacriticis §. 44-58.

## αα. mappik §. 45.

## ββ. dagefeh §. 46-54.

## γγ. raphe §. 56.

## δδ. methgeh §. 57.

## εε. makkeph §. 58.

## B. compositis §. 59-98. s. syllaba, quae diuiditur

## N respectu soni modificati §. 61-67. in

## α. sim-

AD EBR. GRAMMATICAM PERTINENTES. 7

- α*. simplicem ) §. cit.  
*β*. compositam )  
 □ intensi §. 68-98. i. e. toni, ubi est  
*α*. tonica §. 68-77. quae vel  
*a*. est constituenda §. 68-73.  
     1. milra ) §. cit.  
     2. millel )  
*β*. mutanda §. 76, 77.  
*β*. atona et quae inde dependent §. 78-98.  
*a*. respectu vocum partium simplicium, in specie punctorum §. 78-97.  
     1. vocahum §. 78-81.  
     *αα*. priorum §. 78.  
     *ββ*. improprii §. 79-81.  
     2. diacriticorum §. 82-97.  
     *αα*. methegh §. 82-94.  
     *ββ*. makkeph §. 95-97.  
*β*. respectu syllabarum §. 98.  
 II. De Vocis flexione §. 99-249.  
     A. in genere §. 99-102.  
     B. in specie §. 103-f.  
     *N* materialiter consideratae §. 103-152.  
     *α*. litterarum §. 103-113.  
     *β*. vocalium §. 114-152.  
     *a*. generatim §. 114-118.  
     *b*. speciatim §. 119-152.  
         1. priorum §. 119-128.  
         *αα*. necessaria §. 119-121.  
         *ββ*. contingentia §. 122-128.  
         *αα*. ob vocis breuitatem s. paucitatem syllabarum §. cit.  
         † ante tonum §. 122-127.

- \* remotius antecedentis §. 122, 123.  
     \*\* proxime §. 124-127  
     †† post tonum §. 128.  
     *bb*. propter euphoniā.  
     *cc*. propter paulam. Haec duo membra vide infra sub numero 2.  
*a*. improprii τδ schua §. 129-150.  
*αα*. concurrentis §. 129-144.  
     *αα*. simplicis ) §. cit.  
     *ββ*. compositi )  
     *ββ*. non concurrentis in specie quod est sub litteris gutturalibus §. 145-150.  
     *αα*. mobilis ) §. cit.  
     *bb*. quiescentis )  
     γγ. ob euphoniā §. 151.  
     δδ. ob paulam §. 152.  
 □ formaliter consideratae §. 153-249. vt sit signum conceptus.  
*a*. sine copula representati §. 153-195.  
*a*. nominis, quod consideratur §. 153-177.  
     1. extra relationem ad aliud §. 153-169.  
     *αα*. ratione formae seu partium ingredientium simplicium  
         *αα*. nudum ) §. 153, 154.  
         *ββ*. auctum )  
     *ββ*. ratione figurae, vt certum.

*αα*. ex

- aa.* ex vna radice i. e. simplex §. 155. 156.  
*bb.* ex pluribus i. e. compositum §. 155. 156.  
*yy.* ratione generis §. 157-160.  
*dd.* ratione numeri §. 161-169.  
 2. in relatione ad aliud s. ratione status est  
*αα.* constructum ) §. 170-  
*ββ.* absolutum ) 177.  
*b.* pronominis, quod est  
 1. inconnexum, vide grammaticos.  
 2. connexum §. 175-190.  
*αα.* praefixum §. 174-179.  
*ββ.* suffixum §. 180-190.  
 quod est  
*aa.* respectu suae originis.  
 † singulare.  
 †† plurale.  
*bb.* respectu vocis cuius est suffixum  
 † vocis singularis numeri  
 †† pluralis.  
*c.* particularum §. 191-195.
- β.* cum copula repraesentati i. e. verbi 196-249. de cuius flexione agitur  
*aa.* in genere 196-212.  
 1. per classes  
 2. per tempora  
 3. per numeros et personas.  
*b.* in specie §. 213-249. de  
 1. verbo perfecto, §. 213. cuius omnes in oratione audiuntur litterae radicales  
 2. cuius non omnes i. e. de imperfecto §. 213. vbi littera, quae non auditur vel consideratur  
*αα.* vt mobilis non significanda i. e. defectiuo §. 214-228.  
*aa.* radicalis primae §. 216-220.  
*bb.* radicalis secundae §. 221-228.  
*ββ.* vt quiescibilis abiicienda §. 229-249.  
*aa.* radicalis prima §. 229-232.  
*bb.* secunda §. 231-238.  
*cc.* tertia §. 239-249.

## §. I.

**V**ocum soni simplicis simi sunt VOCALIA, quae vero ea modificant, sunt CONSONA. Priorum signa vocantur PUNCTA VOCALIA PROPRIA; posterorum LITTERAE. PUNCTA vero generatim apud Ebraeos sunt omnia, quae praeter litteras in eorum scriptis occurrunt signa.

§. II. Litterae Ebraeorum numerantur XXII, quarum figuras, nomina et duplicem potestatem hic non notabimus.

§. III. Litterae vocem finientes figuram vel mutant, vel non mutant: quae mutant vel DILATANTVR i. e. spatium solito maius, qua latitudinem explent, vel non ita mutantur. Hinc litterae, quae vocem finientes aliquando dilatantur, dicuntur dilatabiles, cererae vero, quae quidem in fine vocis figuram mutant, sed non actu dilatantur, finales: Aut si mauiis, DILATABILES erunt, quae vocem finientes figurae quantitatem mutant; FINALES vero, quae figurae qualitatem mutant; quae vero qualitatem et quantitatem simul mutat, MIXTA vocari potest.

§. IV. Pro organi, quo in consonorum (litterarum) pronuntiatione, prae reliquis utimur, diuersitate, consona (litterae) diuiduntur in *Gutturalia* אההע גיכק, *Palatina* גיכק, *lingualia* דטלנה, *dentalia* זפצש and *labialia* בומפ. In quorum tamen determinatione Grammatici dissentiunt.

§. V. *Litterarum gutturalium atque* ך ם ן *pronuntiationo est omnium difficillima.* (per exp.)

§. VI. Si, quae sunt ך ם A. absentis, tribuantur ך ם B. praesenti, A. et B. INTER SE ALTERNARE dicuntur, et quidem B. pro A. Vnius vero organi consona, quum sint familia, eaque inter se alternare possint; litterae vnus organi facile inter se alternant et permutantur. (§. 4.)

B

§. VII.

§. VII. Dentalia et lingualia eadem fere organorum adplicatione formantur, (per exp.) hinc similia, et facile inter se alternant (§. 6.)

§. VIII. LITTERA QUIESCIT, quae ad pronunciationem nihil facit; et cui haec litterae affectio non repugnat, QUIESCIBILIS dicitur. Cui vero repugnat SEMPER-MOBILIS; et LITTERA MOVETVR, si pronunciat. §. IX. Consona Ebraeorum alia sunt VNISONA, alia BISONA; illa dicuntur, quae vno tantum modo vocale modificant, (§. 1.) haec vero quae dupliciter possunt pronunciar.

§. X. CONSONVM ADHAERET ALTERI, si cum eo simul vocale modificat. (§. 1.) Tale ergo consonum compositum seu coalescens, vocale aliter modificat, quam si esset simplex. Quumque litteris בגדכפה aliquando adhaereat consonum aliud, earum consona erunt bifona (§. 9.)

§. XI. Signata diuersa diuersa possunt signa: Ergo consona composita et simplicia, quae sunt diuersa signata, (§. 1. 10.) diuersis quoque significantur signis vtile est. Hinc litterae בגדכפה sunt signa consonorum compositorum; quae si significant simplicia, recipiant in medio punctum, quod vocatur DAGESCH LENE, et earum adspirationem tollit; ☉ vero si est signum consoni compositi habeat punctum in dextro cornu, si simplicis in sinistro. Hisce notatis litterae Ebraeorum omnes sunt vnisonae (§. 1.)

§. XII. VOCALE CONSONO dicitur COGNATVM, in quo formando similis consono requiritur organi dispositio.

§. XIII. Ebraeorum litterae non quiescunt nisi antecedente vocale eiusdem vocis, in quo quiescere dicuntur. Ergo quiescibiles quae non sunt in medio vel a fine vocis numquam quiescunt. (conf. §. 59.)

§. XIV. Si litteram antecedit punctum vocale illi cognatum, vocalis auditur sonus, qui similem cum littera mota requirit organi dispositionem (§. 12.) Fac orationem aliquam



quam scriptam celeriter esse pronunciandam, inque illa occurrere. vnam (vel plures) e litteris םׁׂ׃, quam vocale cognatum antecedit; si moveatur, duae erunt similes organi dispositiones (§. 12.) quumque fortius obscurer debilius, ob sermonis cursum littera non facile fiet consonum (§. 1.) Hinc optime fieri potest, ut istae litterae sub priori conditione vel vocalibus non notentur, vel ipsae non scribantur; si prius respirant seu *quiescunt* in puncto vocali cognato (§. 13.) si posterius, eliduntur, exspirant, *percurrunt*.

§. XV. Consona gutturalia et omnia vocalia maxime gutturis apertura formantur (§. 4. et per exp.) quorum differentia ex diversa huius organi dispositione oritur: hinc vocale quod fortius e gutture emittitur non aequae bene consono leniter ex illo emittendo, ac illi convenit, quod vehementiori pulmonum compressione editur. (§. 12.) Ergo *non post quodcumque vocale, ׁ vero post plurima, quiescere potest* (§. 4. 12.) quod *ultimum ordinarie in fine quiescit* (per exp.)

§. XVI. Litterae quiescentes si vocali notarentur, essent pronunciandae (§. 1.) hinc ad pronunciationem aliquid facerent et non essent quiescentes. (§. 8.) Quod cum sit absurdum *litterae quiescentes punctum vocale sibi adiectum* ꝛ subscriptum tollunt.

§. XVII. *Punctum quod est loco vocalis proprii sub littera* est SCHVA: hinc schua est signum (positivum) absentis vocalis, et dicitur punctum vocale improprium. (§. 1.)

§. XVIII. Litterae םׁׂ׃ omnium sunt aptissimae ut quiescant, (§. 8.) et per usum Ebraeorum quiescibiles (per exp.) hinc sibi similes. Ergo *facile inter se alternant*. (§. 6.)

§. XIX. Conceptus vel sunt simplices vel complexi: Illi ex nullis aliis oriuntur, sed aliorum possunt esse principia; ergo voces quae eorum sunt signa, essentialium nomen merentur. Quumque id *quod alius rei principium est ipsum vero nullius rei principatum*, RADIX dicatur voces

quae simplices conceptus significant, respectu repraesentationum sunt radices: sed respectu vocum alia est ratio, ubi non consideratur, vtrum vox quaedam simplicem significet conceptum an vero complexum, alterius modo sit vocis principium, ipsa vero ex nulla alia oriatur. Atque de hoc posteriori radices significatu in grammatica ebraea nobis sermo est.

§. XX. *Litterae quae radicem constituunt dicuntur RADICALES, et quidem SEMPER-RADICALIS est, quae dum vocem ingreditur semper quoque est pars radices; quae vero tantum aliquando est pars radices, RADICALIS est RESPECTIVE TALIS.*

§. XXI. *LITTERA SERVIT, quae non est radicalis, et quae aliquando seruit, s. cui, vt seruat non repugnat, SERVI- LIS dicitur. Comprehenduntur vero seruales vocibus משה וכלב אהרן et quibus litterae ש בלש si seruiunt, semper, et saepe plerumque ab initio radices; ד ופן ab initio et fine excepto ב epentherico, tantum seruire possunt; וו vero vbiuis.*

§. XXII. *Voces si ita mutantur vt aliarum verum fiant signa, INTRINSECVS et ESSENTIALITER mutari dicuntur; quod si vero earum mutatio tantum sit respectum, EXTRAESSENTIALITER et EXTRINSECVS.*

§. XXIII. *Littera, quae voci cuidam accedens eius mutat significatum, aut est radicalis aut seruilis: (§. 20. 21.) si prius, vox noua eset radix, quae ex vetere orta, (§. 20. et 19.) adeoque alterius vocis principium; quod cum sit ab- dum, (§. 19.) littera quae voci accedens eius significatum mutat, est seruiens. (§. 20.) Quae si intrinsecus mutatur, ESSENTIALIS, si extrinsecus, EXTRAESSENTIALIS dicitur. (§. 22.)*

§. XXIV. *Littera seruiens essentialis, quae ab initio vocis, dicitur PRAEFORMATIVA; quae a fine AFFORMATIVA: si essentialis est, prioris generis vocatur PRAEFIXA, posterioris SUFFIXA.*

§. XXV. *Litterae seruientes ad vocis significatum vel aliquid faciunt, vel non. Illae dicuntur NEGOTIOSAE, bae*

hae vero OTIOSAE respectu nimirum significationis. Quae faciunt, vel nouum indicant significatum, vel alio modo aliquid in eo determinant: hae generis nomen seruent, illae vero CONSIGNIFICATIVAE vocentur.

§. XXVI. Littera ך quae seruilis (§. 21.) si tendentiam aliquam determinatam indicat, seruit (§. cit.) & dicitur ך LOCALE: quod igitur, quoniam ad significatum aliquid facit negotiose seruit. (§. 25.)

§. XXVII. ך seruire (§. 21.) vocis cui additum est auctam significationem denotans, dicitur ך INTENDENDI. Quantitas quum rem non mutet essentialiter, ך intendendi erit littera seruiens extraesentialis negotiosa (§. 23. 25.)

§. XXVIII. Litteram PARAGOGICAM vocant otiose seruientem in fine vocis, quo referunt litteras sub voce ךׁׁׁׁ comprehensas. EPENTHETICAM vero quae otiose seruit in medio vocis, et sunt ךׁׁׁׁ

§. XXIX. EUPHONIA est vocis pulchritudo qua aures determinata: s. vocis perfectio, qua aures oblectat: quam si litterae seruientes promouere possunt, atque ob id adduntur, sunt quidem otiosae respectu significatus, (§. 25.) sed non respectu soni, adeoque in se sunt negotiosae. (§. 25.)

§. XXX. Litterae ab initio adpositae, quum quiescere nequeant, (§. 13.) sunt mouendae. (§. 8.) Ergo litterae seruientes radicalibus ab initio adpositae, si sunt vocalibus desinitutae, cum se huius erunt notandae. (conf. §. 36.)

§. XXXI. Littera seruiens praeformatiua vocem essentialiter mutat et quidem ab initio (§. 25.) hinc nexus eius cum vocis radice erit arctissimus, (§. 19.) quapropter peruite erit, si nexus, qui est in signatis etiam in signis inueniatur.

§. XXXII. Id temporis, quo opus habemus, ad sonum referendum, Grammaticis dicitur MORA.

§. XXXIII. Punctum vocale, cui duplex conuenit mora, dicitur LONGVM; cui simplex BREVE. Priorum signa sunt ךׁׁׁׁ et ךׁׁׁׁ Posteriorum ךׁׁׁׁ et ךׁׁׁׁ

§. XXXIV. *Schua quod duobus punctis, quorum unum supra alterum positum est, pingitur (:)* SIMPLEX dicitur; *simplici vero, si accedat punctum vocale proprium.* (§. 1. 17.) i. e. vna cum illa sub eadem ponatur littera, est COMPOSITVM; *Ipsum autem schua, cui vocale accedit, dicitur CHATEPH.*

§. XXXV. *Schua quod est sub littera per vocale antecedens mouenda dicitur QUIESCENS. Quod non est quiescens, MOBILE.* Ergo schua, quod est sub littera mouenda vel est mobile, vel quiescens.

§. XXXVI. Schua, si fingeretur sub littera quiescenti, vel esset mobile, vel quiescens, (§. 35.) vtriusque vero littera, quum moueatur, (§. cit.) sub quiescenti littera schua esse non potest. (§. 8.) mouenda vero littera, quum non quiescat (§. cit.) si proprio sit vocali destituta, ne habeatur pro quiescenti, cum schua erit noranda.

§. XXXVII. Schua compositum ob accedens vocale, est sonus licet celerrimus. (§. 1. 34.) Ergo littera cui illud subest, per antecedens vocale non est pronuncianda; hinc schua compositum est mobile. (§. 35.)

§. XXXVIII. SYLLABA est minima orationis pars, quae per se sonum constituere potest.

§. XXXIX. *Schua quod est ab initio syllabae est mobile.* Schua enim est ab initio syllabae, si eius littera syllabae vocale ab initio modificat; (§. 1. 38.) quiescentis vero littera, quum vocale modificet a fine (§. 35.) schua quod est ab initio syllabae, quiescens esse nequit. Ergo est mobile. (§. cit.)

§. XL. Quum Ebraeorum syllabae omnes a consono incipiant, (conf. §. 60.) schua quod est post aliud in medio vocis, si esset in fine syllabae, tria consona vnum modificarent vocale, (§. 1. 38.) quod pronunciari maxime difficile est; quod si vero sit ab initio syllabae, quum omnis euanescat pronunciationis difficultas, per linguae perfecti, nem schua istud erit mobile, (§. 39.) et antecedens quiescens. (§. 35.)

§. XLI.

AD EBR. GRAMMATICAM PERTINENTES. 15

§. XLI. *Schua quod est post aliud in fine vocis, quum mobile esse nequeat, (§. 35.) erit quiescens. (§. cit.)*

§. XLII. *Patach alternans pro schua quiescente dicitur FVRTIVVM. Litterae igitur quiescentes, dum schua respiciunt; (§. 16. 17.) nec cum patach alternante notari possunt. (§. 6.) Ergo א et ה dum quiescunt, patach respiciunt furtivum. (§. 18.)*

§. XLIII. *Sint cum schua notandae litterae radicales vltimae ו ו ו et ה mouenda, 1) vocis litterae vltimae; erunt mouendae, (§. 17. 36.) pronunciatio vero earum, cum sit omnium difficillima: (§. 5.) atque fiat facilior, si intercedat vocale cognatissimum א; (§. 12. 23.) linguae perfectioni conueniens est, ut hae litterae data sub conditione, si antecedit vocale longum, praeter kametz, patach furtivum accipiant. (§. 42.) 2) vocis penultimae, quas immediate sequitur littera schuata; erunt mouendae, (§. 17. 36.) quum schua sequatur, (per hyp.) tria consona, quorum medium pronunciatu difficillimum est, (§. 5.) vno erunt vocali mouenda, (§. 1. 8. 38.) cui vero molestiae cum optime mederi possimus, si pro schua sub gutturali alternet vocale cognatissimum, (§. 12.) sequitur, ut patach furtivum sub gutturalibus mouendis radicis vltimis, vocem vel finiant, vel sint penultimae, adhibeatur. (§. 42.)*

§. XLIV. *ACCENTVS vocant in lingua ebraea, puncta, quae orationis nexum significant. Cetera, nisi sint vocalia DIACRITICA audiunt.*

§. XLV. *Quum littera ה finiens sit in quiete possibilis (§. 14. 15.) si non actu quiescere debeat, motio significetur perutile est. (§. 8.) Quod si fiat puncto mediae litterae ה finienti impresso, oritur MAPPIK. Ergo ה mappikatum cum patach furtiuo notari potest. (§. 43.)*

§. XLVI. *DAGESCH in genere est punctum diacriticum (§. 44.) mediae litterae non mappikatae impressum: quod dicitur FORTE, si littera eo affecta sit duplicis consoni signum.*

§. XLVII.

§. XLVII. Quo difficilior litterae alicuius est pronuntiatio, eo magis est eius duplicatio euitanda. Hinc *gutturalium* et טָזָזָז, quarum difficillima est pronuntiatio (§. 5.) pro *huius difficultatis gradu minus frequens sit duplicatio; immo quorundam penitus cesset.*

§. XLVIII. DAGESCH FORTE, quod ideo imprimitur, ut vocis characterem constituat, dicitur CHARACTERISTICVM, et quod propter euphoniā imprimitur, EVPHONICVM audit. (§. 29.)

§. XLIX. A pro ponendo B alternans, (§. 6.) si idem praestet, quod B praestare debebat, id COMPENSARE dicitur: *dagesch igitur forte quod compensat, COMPENSATIVVM* est.

§. L. Consonum per dagesch forte significatum, (§. 46.) quum non habeat vocale (per exp.) schua habere debet (subintellectum) (§. 1. 36.) hinc *schua, quod est sub littera fortiter dageschata in vocis medio, mobile est.* (§. 40.)

§. LI. Dagesch forte, quum frequentissime in medio vocis occurrat, PEREGRINVM dicitur, si est in prima vocis littera.

§. LII. Dagesch lene (§. 11.) litteris בגדכפּ mox imprimitur in principio et medio vocis, mox negligitur (per exp.) vtilissime tamen imprimitur adspiratae schuatae, si fuerit ante adspiratam, per cuius vocale mouenda. Etenim istae litterae sunt complexae (§. 10.) quae si sint cum schua mobili notatae, quatuor fere consona vno sequentis litterae adspiratae vocali pronuntianda sunt, (§. 36.) quod cum linguae perfectioni repugnet, lene vero dagesch ad hoc malum tollendum sufficiat (§. 11.) si adspirata schuata fuerit ante adspiratam, per cuius vocale mouenda, vtiliter ei dagesch lene imprimitur.

§. LIII. Dagesch vel est lene vel forte (§. 11. 46. et per exp.) lene vero, quum numquam ante se habeat proprium vocale syllabae, in qua est, quoribus in litteris בגדכפּ occurret dagesch in syllaba, quam antecedit vocale proprium,

*primum, toties habendum est pro forti, quo tamen in casu has litteras sine aspiratione pronunciant (§. praec.)*

§. LIV. Dagesch forte quod praeter primum suum finem (§. 46.) alio modo ad linguae perfectionem aliquid conferre potest, sapienter imprimitur (§. 76.); hinc fecerendae significationis causa adsumatur. *Istud dagesch si est in litteris initialibus, adeoque peregrinum (§. 51.) quando est post vocem, quae cum illa cuius est, per makkeph copulatur, DACHIK; quae non ita copulata est ATHEMERA-CHIK audit.*

§. LV. RAPHE est punctum diacriticum significans litteram, cuius est, esse sine dagesch vel mappik pronunciantiam; hinc omnis littera quae vel dagesch leni, quod alias recipere potest, vel mappik possibili caret, vel propter raphe sine illis est pronuntianda, raphata dicitur, raphe ponatur nec ne.

§. LVI. TONVM habet syllaba cuius sonus est maxime intendendus.

§. LVII. METHEGH est punctum diacriticum vocali propter tonum adiiciendum.

§. LVIII. MAKKEPH dicitur punctum diacriticum, quod est signum toni absentis a voce, cui postponitur.

§. LIX. Quum tot in oratione sint syllabae quot in ea sunt vera vocalia (§. 1. 38.) 1) vocale per se syllabam potest constituere 2) vocale unum cum consono uno iam absoluit syllabam. (§. cit.) Prioris generis syllaba potest dici ABSOLVTE SIMPLEX; posterioris autem iam est COMPOSITA.

§. LX. Syllaba absolute simplex in lingua ebraea non existit, sed omnes sunt compositae, ita quidem ut vocalia syllabas ingredientia sint ab initio modificata (per exp.)

§. LXI. Quum modus, quo aliquid mutatur, si non sit vnicus, vocetur compositus: sonus ab initio et sine modificatus dici potest SYLLABA COMPOSITA; quae vero hac ratione non est composita, SIMPLEX. Ergo in oratione

one ebraea syllaba simplex ab initio tantum modificatur. (§. 60.)

§. LXII. Cuilibet consono per schua mobile non conexo cum alio, simplex competit mora. Si vero duo consona ob schua coniunctim pronuntianda occurrunt, dimidiata cuilibet tantum competit mora, cuius rei ratio in celeriori pronuntiatione est quaerenda.

§. LXIII. *In syllaba simplici simplex est consonorum mora.* Syllaba simplex constat vocali ab initio tantum modificato (§. 61.) modificatio haec vel fit vno, vel pluribus consonis (§. 1.) si prius, vnica consonorum est mora (§. 62.); si posterius, haec consona, dum vnum vocale modificat et quidem ab initio (§. 61.), per schua mobile erunt coniuncta (§. 35.) quae vero cum vnica consonorum habeant moram (§. 62.) in syllaba simplici simplex est consonorum mora.

§. LXIV. *In syllaba composita duplex est consonorum mora.* Syllaba composita est cuius vocale ab initio et fine est modificatum. (§. 1. 61.) Ergo punctum vocale ante et post se habet consonum non quiescens (§. 1. 8.) quumque quodlibet eorum habeat moram (§. 62.) in syllaba composita sunt duae consonorum morae.

§. LXV. *Syllaba in qua est simplex consonorum mora, est simplex.* Si negas: sit composita, (§. 61.) hinc duplex erit consonorum mora. (§. 64.) Quod cum sit contra hypothesein, adeoque absurdum; syllaba in qua est simplex consonorum mora, est simplex. Propositio haec quum simpliciter possit conuerri (§. 63.) definitionis loco haberi poterit.

§. LXVI. *In syllaba composita nec plures sunt nec pauciores quam duae consonorum morae.* Si essent plures, illae vel orirentur ex modificatione vocalis ab initio facta, vel a fine, vel ab ambabus simul (§. 61.); si primum, haec consona essent per schua coniuncta (§. 35. 36. 38.) quibus vnica est temporis mora (§. 62.); si secundum, eadem est, quae erat ratio remoti membri primi; hinc nec tertium locum inue-



inuenire potest. Ergo in syllaba composita non sunt plures quam duae consonorum morae. *Quod erat unum.* Nec pauciores esse possunt; fac enim esse pauciores, non erunt in omni syllaba composita duae consonorum morae, quod quum repugnet (§. 64.): in syllaba composita non pauciores sunt quam duae consonorum morae. *Quod erat alterum.*

§. LXVII. *Syllaba in qua sunt duae consonorum morae est composita:* non enim est simplex (§. 63.) ergo est composita (§. 61.). Corollarium hoc quum simpliciter possit conuerti (§. 64.) instar definitionis considerari potest.

§. LXVIII. *Vocale longum est in syllaba simplici, in composita breue, nisi utrobique adsit tonus vel methegh.* (conf. §. 98.)

§. LXIX. *Si tonus (§. 56.) est in syllaba vocis ultima, VOX dicitur MILRA; in penultima, MILLEL.*

§. LXX. *Syllaba composita habere debet vocale breue, nisi adsit tonus vel methegh (§. 68.) methegh vero cum sit propter tonum (§. 57.) non erit vocali adiciendum, ubi potest esse tonus, qui per linguam ebraeam potest esse in vocis ultima (§. 69.); hinc si in syllaba composita finire sit vocale longum, vox erit milra (§. 68. 69.).*

§. LXXI. *Vox cuius ultima syllaba simplex est, atque habet vocale breue, est milra (§. 68. 69.) demonstratio fere eadem est quae theorematis praecedentis.*

§. LXXII. *Vocalis longi sonus cum sit prae sono vocalis breuis efferendus (§. 32. 33.) et syllaba cuius sonus prae aliis est intendendus tonum habeat (§. 56.) optime fieri potest, ut syllaba, cui est longum vocale, habeat tonum, cui breue eo careat, nisi (§. 71.) aliaeque obstant rationes.*

§. LXXIII. *Vox bisyllaba habens vocalia breuia, quae non est Sphi 71. est millel.* Penultima enim vel est simplex vel composita; si prius aut habere debet methegh aut tonum (§. 68.) methegh vero cum sit propter tonum (§. 57.), et penultima per linguam ebraeam tonica esse possit (§. 68.), sequitur ut tono afficiatur; si posterius, ambae syllabae

aequales habent moras (§. 33. 68. 71.); hinc eodem iure, quo vox dicitur milra, mille esse potest, nisi aliae accedant rationes (§. 71.)

§. LXXIV. VOCES EIUSDEM QUANTITATIS dicuntur, quarum syllabae aequalibus constant moris. Ergo voces eiusdem quantitatis sunt 1) quarum syllabae omnes sunt a) simplices et vocale longum habent, (§. 33. 63.) β) compositae et vocale breue habent (§. 33. 64.) 2) quarum syllabae sunt mixtae i. e. nec merae simplices, nec merae compositae, ita tamen, vt simplex habeat longum vocale, composita breue (§phi cit.)

LXXV. Voces eiusdem quantitatis, quum tonum necessario nec in syllaba vltima nec in penultima habeant (§. 68. 74.) atque vtrinque illo affici possint, propter pronunciationem ebraeorum celerrimam *vtiliter in vltima habent.*

§. LXXVI. TONVS RETRAHITVR *si est in penultima,* et DEMITTITVR, *si est in vltima, repugnante vtroque ordinariis de tono regulis.*

§. LXXVII. Sapiens est, vt simplicibus et secundis, quae eligit, mediis tot obtinere studeat fines, quot simul esse possunt. Tonum ergo, si retractione illius confusio quaedam et tonorum collisio cuitari potest, sapienter retrahunt Ebraei.

§. LXXVIII. Punctum vocale, si est in syllaba composita tono vel methegh destituta est signum vocalis breuis kametz hhatuph. (§. 33. 68.) si est in syllaba simplici adposito methegh, vocale breue esse potest. (§. 68.) atque est sequente littera gutturali cui, vel ipsam kametz hhatuph subiectum est.

§. LXXIX. Schua quod est post longum vocale, cuius syllaba est tono destituta, est ab initio syllabae: si negas; si ab eius fine, hinc syllaba erit composita, (§. 60. 61.) quae tono destituta, longum vocale respicit. (§. 68.) quod contrahypothesin; ergo est ab initio syllabae; hinc schua, quod est post longum vocale tono destitutum, est mobile. (§. 39.)

§. LXXX.

§. LXXX. *Schua*, quod est post longum vocale, cuius syllaba est *tonica*, si eius consonum vocale a fine modificet, quatuor erunt morae, (§. 33. 60. 61. 64.) quae tonicam constituunt, (§. 68.) hinc tale schua esse potest *quiescens*. (§. 35.)

§. LXXXI. *Schua*, quod est post breve vocale, tono et *methegh* destitutum, si esset a syllabae initio, vocale breve esset in syllaba simplici tono et *methegh* destituta, (§. 61.) quod cum sit absurdum, (§. 68.) littera eius vocale modificat a fine, atque ipsum est *quiescens*. (§. 35. 60. 61.)

§. LXXXII. **METHEGH** (§. 57.) **ADSTRACTIVM** est, quod adponitur vocali syllabae simplicis: quod est in syllaba composita, dicitur **LAXVM**; quod ad schua litterae vocis initialis est, Gaaiā f. n. 23. *Methegh adstrictum vocalis brevis* dicitur **MAARICH**; quod si est *cbirek*, ab illo quoque denominatur.

§. LXXXIII. Quum in polysyllabis syllabas a tonica remotas, in celeri sermone citius quam fas est, pronunciare soleamus, non inutile esse videtur, si aliquo signo malo huic praeueniamus. Iam vero quum in lingua ebraea syllabae non tonicae celeriter sint pronunciandae, vocali tertio vel quarto ante tonum signum adiiciendum erit, quo ad attentionem admoneamur; quod cum fiat propter tonum, *tertia* vel *quarta* ante tonum *methegh* vtiliter adiicitur. (§. 57.)

§. LXXXIV. Ergo syllabae simplicis vocali longo tertio vel quarto ante tonum *methegh* adstrictum vtiliter adscribitur. (§. 82. 83.)

§. LXXXV. *Syllabae simplici tono destituae, cuius vocale est breve, maarich est adiiciendum.* Si negas: aut non habere debet *maarich*, aut non adstrictum, aut prorsus nullum *methegh*, (§. 82.) quum vero de simplici syllaba, cuius vocale est breve, sermo sit (per hypoth.); *methegh* adstrictum et quidem *maarich* adesse debet, si necessaria 78 *methegh* praesentia sit demonstrata. (§. 82.) Atqui cum syllaba simplex tono destituta, longum vocale requirat, nisi adsit *methegh*, (§. 68.) syllaba vero, de qua loquimur, breui

vocali constet, sequitur, vt laudatae syllabae breui vocali maariet adiciatur. (§. 82.)

§. LXXXVI. Si schua compositum sequitur immediate post breue vocale syllabae non tonicae; maariet erit vocali breui adiciendum. Schua compositum est mobile. (§. 37.) Ergo eius consonum non modificat breue vocale praecedens, (§. 35.) quumque aliud non antecedit consonum vocale a fine modificans (per hypoth.) atque syllaba tono careat, erit simplex tono destituta, cuius vocale est breue. Ergo maariet est adiciendum. (§. 85.)

§. LXXXVII. Syllaba, quam immediate sequitur littera, cui schua compositum est subiectum, est simplex, (§. 85.) si itaque nulla alia fiat mutatio, nisi vt schua compositum murretur in vocale breue, syllaba manet simplex. (§. 61.) Negas? finge eam sola hac mutatione fieri compositam, tunc consonum illud, sub quo est schua compositum in vocale proprium mutatum et immediate sequens, modificabit vocale sequens e schua ortum, (§. 60.) et per fictionem etiam vocale antecedens, (§. 61.) quod cum fieri nequeat, nisi consonum bis ponatur vel interferatur aliud, (§. 60.) hoc vero hypothesei repugnet, syllaba supra laudata erit simplex: per consequens, si eius vocale sit breue, ipsaque tono destituta, maariet ei erit adscribendum. (§. 85.)

§. LXXXVIII. Vocale, quod immediate antecedit litteram fortiter dageschatam, modificatur a fine (§. 46. & per exper.) hinc syllaba, quae isto vocali constat, est composita, (§. 60. 61.) quod si vero dagesch forte pereat, cessat ratio, cur syllaba erat composita; hinc fit simplex. (§. 61.) Vocali ergo, si est breue, ipsaque syllaba tono destituta, maariet adiciatur. (§. 85.)

§. LXXXIX. Si syllabam simplicem non tonicam, cuius vocale est longum, sequatur schua simplex, & proxime sequens consonum cum schua non sit notatum: fieri potest, vt quis istud schua habeat pro quiescenti, (§. 40.) vnde syllaba fieret composita (§. 35. 61.) et tonica, (§. 68.) quod vero quum

quum sit incommodum, (per hypoth.) vitandae confusionis ergo, vtiliter adponitur methegh adstrictum.

XC. Alternati affectiones, quum concipiuntur in alterante, (§.6.) *si vocale breue alternetur pro longo in syllaba simplici ante schua simplex, opus est methegh adstricto.* (§. 82. 89.)

§.XCI. Posito determinante ponitur determinatum; hinc si in vna voce bis occurrat ratio ponendi methegh sufficiens, bis quoque erit ponendum. Ergo *ob duplicem causam duplex subinde methegh accumulatur in eadem voce.*

§.XCII. signum vocalis longi ante schua simplex, cum a signo vocalis brevis optime distinguatur per methegh (§.78.) alia vero ratione vel difficillime, vel plane dignosci non possit, pessime hoc methegh necessarium omittitur; hinc licet alias absit, et ex sola analogia sit supplendum, sine ex (§.88.) eius praesentia concludenda, nostro tamen in casu nunquam abiicitur.

§.XCIII. Quum *ad vocale tertium vel quartum ante tonum* vtiliter adponatur methegh, (§.83.) *in syllaba composita methegh laxum ei erit adiciendum.* (§.82.)

§.XCIV. Punctum diacriticum, quod propter tonum in alia syllaba existentem adicitur, significat, pronuntiatio- ni alicuius vocis esse attendendum; (§.56.) hinc si *post schua initiale sequatur syllaba pronuntiatio difficilis, N<sup>o</sup> 73 ad hoc schua aditici potest.* (§. 57. 82.)

§.XCV. Quum in lingua perfecta sit numero studen- dum, sequitur, vt omne, quod illi contrariatur, quantum fieri potest, caueamus. Iam vero si complures voces mono- syllabae se inuicem excipiant, quarum vnaquaeque ordi- narie haberet tonum, continuo vocis audiretur intentio; (§.56.) hinc aurium voluptas, quae ex inaequalium sono- rum mixtione oritur et numerum parit, negligitur. Ergo *makkeph, cum huic incommodo mederi possit,* (§. 58.) *vo- ces monosyllabas vtiliter copulat.*

§.XCVI.

§.XCVI. Si post vocem milra est mille bisyllaba, hae voces ratione toni possunt considerari vt monosyllabae. (§.69.) Ergo makkeph vtiliter eas copulat. (§.95.)

§.XCVII. Si qua vox cum sequente copulatur per makkeph, quae eius fuerit syllaba tertia, (si qua fuit) fit minimum quarta ante tonum, quae penultima, antepenultima. (§.58.) Hinc de tali syllaba valet, quod de tertia vel quarta ante tonum natura tali demonstratur. Ergo *metbegh laxum datur ad vocale breue in syllaba composita polysyllaborum, in tertia vel quarta ante tonum propter makkeph tium.* (§.93.)

§.XCVIII. Syllaba simplex simplici constat consonum mora, (§.63.) composita duplici, (§.64.); quumque illa habeat vocale longum, haec breue, nisi vtrobiq; adsit tonus vel methegh (§.68.) atque omnis syllaba ebraea vel sit simplex, vel composita, (§.61.) sequitur, vt *quaelibet syllaba ebraea triplicem requirat temporis moram, nec plures integras, nec pauciores, (§.33.) nisi vtrobiq; adsit tonus vel metbegh.* (§.68.)

§.XCIX. In composita syllaba tono destituta, quum longum vocale esse nequeat, nec breue in simplici, nisi adsit tonus vel methegh: (§.68.) *quoties sine tono aut metbegh longum vocale foret in syllaba composita, aut breue in simplici, toties erunt mutanda illa vocalia.*

§.C. Syllabarum paucitas, quum sit perfectae linguae indicium, et quantum per alias linguae perfectionis regulas licet, obseruanda: *tono per incrementum vocis finale, e pristina sede moro (demisso) (§.76.) danda est opera, vt pauciores fiant syllabae.*

§.CI. Si in deriuatis seruentur signa, ex quibus eorum possit cognosci primitiuum, eorum significatus multo facilius concipitur; immo quorundam absentibus his signis plane ignoratur (per exp.) Ergo *primae originis indicium etiam in sono, quantum fieri potest, indicetur.*

§.CII.

§. CII. Id quod non solum, qua primam existentiam, sed etiam qua durationem ab ente quodam dependet, eo cessante perdurare non potest; si igitur eiusmodi inter aliquam vocis mutationem determinans, et ipsam mutationem tanquam determinatum concipiatur nexus; sequitur, ut cessante determinante ipsa cesset determinatio; hinc *cessante causa plerumque cessat effectus, etiam in esse suo constitutus*. Attamen vero quum non semper tam arctus inter omne determinans et determinatum sit nexus, illo perente, hoc non necessario vna interit.

§. CIII. Syllabae Ebraeorum quum omnes sint ab initio modificatae (§. 60.) prima itaque syllabae pars sit littera (§. 1.) *quando in voce non sola vocalia mutanda sunt, sed etiam litterae, a litteris fiat initium*.

§. CIV. *Abiecta littera mouenda punctum etiam vocale est tollendum*. Si negas aut est sine consono pronunciantium quod contra (§. 60.); aut praecedenti aut sequenti litterae subscribendum. Si esfer secundum, littera ista vel quiesceret, tunc punctum vocale respuit (§. 36.); vel esfer mouenda (§. 35.), haec vocali iam est notata (§. 1. 8.); hinc nisi adsumere velles, quod paullo ante remotum est, primum disiunctionis membrum, nec membrum secundum, nec tertium, cuius eadem est ratio, quae erat secundi, adfirmari poterit. Ergo noua forsitan littera est fingenda; quod vero quum fieret contra rationem; littera abiecta ut simul pereat punctum vocale necesse est.

§. CV. *Punctum vocale littera abiecta tollendum, si esfer id, quod illi fuerat subscriptum, omnes partes syllabae perirent, quod esfer contra (§. 101.); hinc utiliter tollitur praecedens; si vero littera schuata abiiciatur §. citatus non obstat, quo minus quiescens schua subscriptum tollatur (§. 1. 35.)*

§. CVI. Vocis partes ut ne inireant, vtile est; quod si tamen aliae id suadeant rationes, excogitetur aliquid quo idem possit effici, quod sublatum praestare debebat; hinc

D

Ebraei

*Ebraei non facile aliquid sine facta compensatione rollunt*  
(§. 49.)

§. CVII. Littera mouenda per schua cum sequente 1) non connexa, quum simplici gaudeat mora (§. 62.), atque per dagefeh forte litterae impresum, nouum indicetur consonum (§. 46.) quod per schua cum sequenti non connexum aequalem habet moram (§. 61.); sequitur ut *mouendam litteram abiectam forte posset compensare dagefeh* (§. 49.) Quae compensatio, licet etiam per longum vocale fieri possit (§. 33. 49.) nec non merhegh (§. 68.) ad moram splendendam ponendum; conuenientior tamen illiserit, quia dagefeh forte est signum litterae mouendae (§. 46.) 2) connexa, cum illa simul sumpta simplicem constituit moram (§. 52.) quumque littera per forte dagefeh significata (§. 46.) uero non gaudeat vocali sed schua: (§. 50.) laudatam quoque litteram posset dagefeh forte compensare.

CVIII. *Dagefeh forte mouendam litteram abiectam compensans, quae fuit a syllabae fine; est sequenti litterae imprimendum*: Syllaba enim, littera praesente, erat composita, quae illa abiecta, facta est simplex (§. 61.); iam uero forte dagefeh compensans idem praestare debet, quod praestabat littera abiecta. (§. 49.) Ergo dagefeh forte litteram mouendam abiectam compensans est sequenti litterae imprimendum (§. 46.)

§. CIX. Littera quae iubetur quiescere quum amittat moram (§. 8. 32.) longum uero vocale duplicem habeat moram §. 33.), si substituatur pro breui vocali, in quo quiescere debet, sublatam restituet moram. *Ergo quiescentem litteram compensat longum vocale* (§. 49.) *nec non merhegh* (§. 68.)

§. CX. Si quiescens littera syllabam, dum mouebatur, (§. 8.) modificabat a fine, tunc longum vocale compensans (§. 109.) est praecedenti litterae subscribendum. Si negas, subiice istud sequenti litterae; non poneretur pro ponenda litterae abiectae mora; ergo non compensaret (§. 49.)  
Quod.



Quod cum fit contra hypothesin; *longum vocale, quiescentem compensans litteram, est praecedenti litterae subscribendum.*

§. CXI. Excluso dageſch fori perit conſonum (§. 46.) quod ſi ſimplicem habuerit moram (§. 62.) dageſch excluſum compenſatur per longum vocale (§. 33.) item per me-  
rhegh in ſyllaba non tonica breui vocali antecedenti adiu-  
cendum (§. 49.)

§. CXII. Quae vocem intrinſecus mutant, quum mai-  
oris ſint momenti, quam quae extrinſecus (§. 22.) inuerſo  
ageret ordine, qui de extraeſſentiali mutatione prae eſſen-  
tiali eſſet ſollicitus: hinc litterae *praeformatiuae et affirmati-  
uae prius abſoluantur, quam ad praefixas et ſuffixas pro-  
gredimur* (§. 24.)

§. CXIII. Suffixae litterae quum vocem augeant a fine  
(§. 24.) et toni ſedem ſaepeius murent (quod paret e litteris  
eas conſtituentibus, collata doctrina de fede toni, *ſuffixis ad-  
poſitis deueniatur ad praefixas* (§. 100.)

§. CXIV. Si *praefixae voci ſint adponendae* rei naturae  
conuenientius agere videtur, qui eam *quae voci eſt propior,*  
*prius adponit, quam illam quae remotius diſtat.*

§. CXV. *Voce a fine crescente prima ſemper cura ſit de  
ſede toni.* Vocis enim ſyllabae tunc ſunt minuendae (§. 100.)  
quod quum aliter fieri nequeat, niſi pauciora reddantur vo-  
calia propria (§. 1. 33.) cognita vero toni ſede, diuidi-  
cari poſſit an haec vel illa ſyllaba hoc vel illud recipiat vo-  
cale (§. 68.): prima cura de ſede toni ſit neceſſe eſt.

§. CXVI. Vocalium mutatio ab vno eorum debet ini-  
tium capere; quumque nulla poſſit adſignari ratio, cur non  
fiat a vocis primo: *vocalium mutatio incipiat ab illo, quod  
a tono diſtat longiſſime, ordine progrediendo deinceps ad  
reliqua.*

§. CXVII. Punctum vocale, quod eſt in composita ſyl-  
laba, ſi mutaretur in ſchua, duo proxime ſequerentur ſchua-  
um, (§. 8. 35. 61.) prius eorum quieſcens eſſe nequit, licet

consonum proxime antecedens proprium habeat vocale et sit in syllaba simplici; (§. 61.) fac enim id esse: syllaba proxime antecedens fieret composita, (§. cit.) cuius vocale vel fuerit longum vel breue: si prius (loquimur vero de syllaba tono destituta,) (§. 68.) longum vocale persistere nequit; si posterius, aderit merhegh (§. 83.), quo posito non requiritur schua quiescens (§. 81.). Ergo schua prius est mobile, posterius iudem (§. 40.) syllaba inde oriunda, quum pronunciatu sit difficilis, *vocale, quod est in composita syllaba, vtiliter in schua non mutatur*: aut si fingere velis, syllabam proxime antecedentem iam fuisse compositam, tria constitues schuam proxime sequentia, quorum duo sunt mobilia, (per demonstr. et §. 61.) quo pronunciationis non dimiuitur difficultas: (§. 8.) aut si addam, syllabam fuisse vocis primam, duo schuam mobilia erunt concipienda, (§. 39. 60.) hinc eadem est difficultas. Ergo *quaecunque regula vocale tradit in schua corripendum, intelligendum de vocali in syllaba simplici.*

§. CXVIII. Longum vocale compensans (§. 109. 111.), si mutaretur in schua, compensatio tolleretur (§. 49.), sine qua Ebraei non facile aliquid tollunt (§. 106.). Ergo *vocale compensans in schua non mutetur* (§. 17.); quumque vocale, quod quiescentem praecedat litteram, vel exclusum dagefeh includit, compenset (§. 109. 111.) in schua illud non est mutandum.

§. CXIX. *CORRIPI* et *ALLEVARI* dicitur *vocale, cui demitur mora; cui vero additur, ELEVATVM* et *PRODVCTVM* vocant; hinc breue vocale non nisi in schua potest corripit, longum vero in breue et schua (§. 17. 93.) contra breue tantum potest eleuari in longum, schua autem in vtrumque. Longum vero vocale non potest eleuari, vt schua non corripit. (Sphi cit.)

§. CXX. *Compositae syllabae tono destituae vocale longum vel est corripendum* (§. 99. 119.), quod fieret in breue *vocale,*

vocale, (§. 117. 119.) cognatum (§. 101.); vel cum *metbegh* notandum (§. 68.).

§. CXXI. Breue vocale in simplici syllaba tono et *metbegh* destituta persistere nequit (§. 99.), hinc vel eleuetur (§. 33. 68. 119.); vel syllaba fiat composita, duplicando sequens consonum per forte *dagesch* (§. 46.); vel vocale notetur cum *metbegh* (§. 68.); vel corripatur in *schua* (§. 119.). Quae omnia etiam de breui vocali syllabae compositae in simplicem reductae valere, nemo non perspiciet.

§. CXXII. Syllabarum diminutio, quum sine vocalium correptione vltima fieri nequit (§. 1. 17. 38. 119.), syllabae vero, crescentes a fine voce, sint minuendae (§. 100.); sequitur, vt ob finale vocis incrementum, quae possunt, corripiantur vocalia.

§. CXXIII. Quum vocum radices, quae alias facile possunt confundi, melius dignoscantur, si quarundam derivatiuarum retineantur vocalia, aliarum vero alleuentur (§. 119.), haec differentia, vt obseruetur, vtile est: quae ergo in iis quoque est obseruanda vocibus, quae qua litteras sunt similes, qua significatum vero differunt.

§. CXXIV. Vocale quod est post mobile *schua*, si alleuetur in *schua* (§. 119.), duo proxime sequerentur *schua*im, quae essent mobilia (§. 40.), quo vero, quum difficilior vocis oriatur pronuntiatio (§. 117.), quae linguae perfectioni officit: *vocale praesertim a tonica secundum, si schua mobile id praecesserit, ne corripatur in schua.*

§. CXXV. Syllabarum diminutio, quum sit propter vocis quaerendam breuitatem instituenda; *monosyllabica* vero nomina iam sint breuissima, eiusmodi vocis vocale hanc ob rationem non est in *schua* corripendum (§. 119.), licet finale accedat vocis incrementum, praesertim si vnica augeatur syllaba (§. 102.).

§. CXXVI. Breuia vocalia in syllaba simplici tono et *metbegh* destituta esse nequeunt (§. 99.); hinc corripantur in *schua* (§. 121.); vel eleuentur (§. 119. et Sphi cit.): (in primis, si duorum *schua*im mobilium proxime sequentium,

vnus sit in longum vocale eleuandum (§. 119.): posterius accedente plurali nominum terminatione; prius vero alio finali vocis incremento obzineat.

§. CXXXVII. Breuia vocalia, quae accedente plurali nominum terminatione eleuantur (§. 126.), optime producuntur in cognatum longum (§. 101.). Ergo patach et segol in in kametz (§. 33.); quumque breue chireck, quod est in substantiuorum formis כרי et ברה sit pro segol, (vide sis Clar. SIMONIS Arcanum Formarum cet. §. 338. 364.) eodem modo potest eleuari.

§. CXXXVII. Vox millel, quae post finale vocis incrementum, tonum in ea retinet syllaba, qua fuit ante factam mutationem, vocale in syllaba tonica ne corripiat (§. 119.) in schua: hoc enim, si fieret, tonus esset demittendus, (§. 117. 56. 76.) vnde syllaba non maneret tonica. Quod quum sit contra hypothesin, vox ista, priori vocali manente, posterius in schua corripiat.

§. CXXXIX. Schua vel est ortum e correcto vocali, vel non; hoc dicatur PRIMITIVVM, illud DERIVATIVVM.

§. CXXX. Schuaiim mobilia, quae proxime sequuntur, CONCVRRVNT. Qui concursus cum syllabae pronuntiationem difficiliorem reddat (§. 36. 59.), adeoque linguaere repugnet perfectioni: eorum vnus eleuetur (§. 119.); quumque nulla adfit ratio, ob quam secundum eleuatur prae primo: duorum schuaiim concurrentium prius producat.

§. CXXXI. Schua eleuandum (§. 130.), si mutaretur in longum vocale, sine ratione fieret saltus, quum breue iam sufficiat vocale, per litteram, cui aliud subiectum fuerit schua, modificandum (§. 60. 61. 68.) Ergo eleuetur in breue vocale (§. 119.).

§. CXXXII. DERIVATIVVM si sit eleuandum, schua eleuetur vel in id, ex quo ortum est (§. 129.), si fuerit breue, (§. 131.) si longum, in breue simile (§. 101.), quemadmodum

modum et ipsa brevia in alia familia possunt mutari (§. 6.): nulla enim est ratio, quae vocali primo vel ei simili aliud praeferre iubeat. (§. 101.)

§. CXXXIII. *PRIMITIVVM* schua eleuandum, quum e nullo sit ortum vocali (§. 129.), in primitiuum vocale eleuari nequit. Litteras vero, sub quibus duo schuaim concurrunt, pronunciare conanti, quum  $\tau\delta$  chirek occurat sonus; (per exp.) ob defectum determinationis ad aliud, id breue adsumatur vocale. (§. 131.)

§. CXXXIV. Quiescibiles litterae, quum praecedente vocali, in quo possunt commode quiescere, actu etiam quiescant (§. 14.); quiescentes vero respuant schua (§. 36.), schuaim concurrentium, posterius si sit sub littera  $\tau$ , priore in chirek producto, erit tollendum (§. 14. 33.).

§. CXXXV. Primitiuum schua ordinarie quidem eleuatur in breue chirek (§. 133.), quod vero, quum sit sonus omnium tenuissimus, sub gutturalibus non aequae bene ponitur, ac segol (§. 5. 33.).

§. CXXXVI. Schua correptum et sere in id mutari nequit. (§. 33. 131.) Ergo eleuetur in segol. (§. 132.)

§. CXXXVII. Schua correptum e Cholem, in kamerz-kharuph erit eleuandum (§. 38. 131. 132.); illud vero schua eleuandum, quod antecedit alterum schua e cholem correptum, in kamerz hharuph potest produci. (§. cit. et 101.)

§. CXXXVIII. Quiescibilia, dum quiescere iubentur, id praecedat vocale, in quo commode quiescere possunt (§. 14.); schua vero orrum e patach, quod est ante Fod, si in patach illud produceretur, (§. 119. 132.)  $\tau\delta$  Iod requisitum non praeciret vocale. (§. 33.) Ergo pro illo simile, in primis quo sonum in composita syllaba, alterner segol (§. 6.) quo facto ob quiescens Iod segol in sere est mutandum. (§. 33. 109.)

§. CXXXIX. *Vau* cum etiam pertineat ad quiescibilia (§. 14.), si ei antecedit schua orrum e Kamez, non producatur, vt alias fieri debet in patach (§. 33. 131. 132.); sed ob similes rationes (§. 138. allatas) in cholem.

§. CXL.

§. CXL. Compositum schua est mobile (§. 37.) vti etiam simplex quod proxime sequitur: nam nullum antecedit vocale, per quod eius littera posset moueri (§. 35.); hinc prius est in breue analogum eleuandum (§. 130. 131.); compositum vero schua, cum ad vocale accedat (§. 37.), atque abiecto chareph fiat verum vocale, (§. 35.) commode in id eleuatur (§. 119); hinc *schua compositum ante simplex abiiciat ebareph.*

§. CXLII. Compositum schua, si cum alio ita occurrat in eadem voce, vt facto simplici, possit esse quiescens, vtiliter abiicit suum vocale: primum enim pauciores fiunt syllabae, quam si produceretur (§. 138. 119.); deinde merhegh alias necessario requisitum, abesse potest, nam vocale antecedens, quia est in composita syllaba (§. 61.), (puta non tonica) est breue (§. 68.). Ergo *schua compositum, quum quiescere potest, abiiciat vocale.*

§. CXLIII. Si ob compositum schua secundum §. 138. productum, voces qua sonum fierent simillimae, quae tamen qua sensum sunt diuersae, euitandae confusionis causa, alio modo eleuerur.

§. CXLIII. Simplex schua mobile, quod proxime est ante compositum, cum hoc concurrat (§. 37. 130.) Ergo *est eleuandum*, (§. 131.) quod si sit primum, ante gutturalia eleuerur in id, quo illud sub gutturali iam est compositum (§. 133.); quod si vero redeat schua compositum in simplex, prius secundum §. 134. potest produci, quod fit, quando gutturalem sequitur Iod. (§. 14.)

§. CXLIV. Et tribus tamen schuarum concurrentibus potest eleuari vel medium, vel primum: nam utroque modo prononciationis tollitur difficultas. Si producis primum, secundum fac quiescens, quod esse potest, si fuerit simplex; quia eleuatur in breue vocale (§. 35. 37. 68. 131.); quumque post tertium non sit quartum (per hyp.), illud fac mobile, si non est in vocis fine (§. 40.), (hoc enim est quiescens (§. 41.)): vero secundum eleuari placeat, primum esse potest mobile  
er

et tertium quiescens, si fuerit simplex (§. cit.), si quatuor concurrant, nec sequatur quintum: cleuetur secundum, quo primum erit mobile, tertium quiescens, quartum vero, si sequatur vocale, mobile. (§phi cit.)

§. CXLV. Gutturalium pronuntiatio, quae omnium est difficillima (§. 5.) subiectis vocalibus fit facilior (per exp.): hinc quantum fieri potest haec linguae obseruetur perfectio; quumque si pro schua simplici adsumant compositum, vocis non multiplicentur syllabae (§. 17. 35. 59.), et *litterae gutturales* sic melius possint pronuntiari (§. 37.) *cum schua notandae simplex utiliter respuunt, et pro eo usurpant compositum* (§. 100.)

§. CXLVI. Gutturalium a vocis sine modificantium non aequae difficilis est pronuntiatio ac earum, quae cum sequenti littera vna id modificant (per exp.) vtraeque tamen quum sint mouendae (§. 8.) proprio vocali destitutae (§. 59. 61.) sunt cum schua notandae (§. 36.) Ergo *litterae gutturales cum schua mobili notandae, magis requirunt compositum* (§. 37.) *quam illae quae habent schua quiescens* (§. 35. 40. 145.)

§. CXLVII. Simplex schua, quod est in compositum mutandum, mutetur in id quod ordine est prius, nimirum in primis si ex kamez vel patach fuerit ortum simplex (§. 101.); pro quo tamen ob euitandam confusionem etiam esse potest; simplex vero schua si fuerit ortum e cholem utiliter adsumitur (§. cit.)

§. CXLVIII. Quiescens schua in compositum mutandum, in id quidem potest mutari, quod simile est vocali e quo quiescens fuerit ortum (§. 133.); si vero antecedit vocale, e quo quiescens possit componi, nihil obstat quo minus id adsumatur vocale, quum hac ratione maior vocis qua sonum seruetur similitudo, quam si ex alio componeretur vocali (§. 101.) Quod si vero tale non praecefferit vocale, e quo schua possit componi, prior componendi obseruetur modus, ita tamen, vt propter euitandam confusionem schuaarum inter se permu-

E ten-

tentur; quumque facta hac quiescentis schua in compositum mutatione cesset ratio, cur in concursu schuam adsumatur chirek (§. 133), pro illo substituatur vocale, sequenti schua composito, simile (§. 102.).

§. CL. Cessante causa non semper cessat causarum (§. 102.). Ergo composito schua in quiescens redeunte, punctum vocale, quod ob compositum schua sub praecedente ponebatur littera, nihilominus manere potest. Schua vero compositum toties redibit in simplex, quoties breuitatis in scribendo habetur ratio (§. 100.).

§. CL. Aleph et Iod puncto vocali vero notata, illo reiecto ad praecedentem litteram, quum possint quiescere (§. 13. 16.): sub praecedente littera schua respuunt, et in huius locum vocale sibi adiiciendum collocant, quiete sibi ipsis inducta (§. 14. 36.).

§. CLI. Quum haud contemnenda sit linguae perfectio, qua aurium voluptas producit, maior quoque alicuius rei perfectio sit, quo plura sint varia, eaque consentientia; sequitur, ut in perfecta lingua praeter cetera eius indicia, euphoniae, quantum fieri potest, habeatur ratio (§. 29.). Aurium vero voluptas, e lingua petenda, cum a sono dependeat, atque vocalia sermonis sonum constituent (§. 1.), haec ut tam varie misceantur, quantum per reliquas linguae perfectionis regulas licet, vtile est. Unde vocalium ob solam euphoniae alternatio suo non destituitur fundamento, quod tamen in specialioribus, immo singularibus casibus melius potest determinari.

§. CLII. Syllaba tono adficienda, cum intensiorem praeter alii requirat sonum (§. 56.): vocale breve et schua optime possunt eleuari (§. 32. 119.) in analogum longum (§. 101.); hinc et in „ in ı; quumque littera schuata sine vocali proprio sonum non habeat (§. 1. 17.), ad finem hunc obtinendum, breve iam sufficit vocale (§. 33.): unde schua primitivum in 7<sup>o</sup> chirek simile potest produci (§. 6. 133.); de-

riua-



riuationum vero in id, ex quo ortum est (§. 132.); quod si fuerit, amplius eleuetur in (per antec.)

§. CLIII. LITTERA HEEMANTICA vocatur, quae essentialiter seruiens est pars nominis; hinc nomen, in quo talis occurrit littera, dicitur HEEMANTICVM et AVCTVM; quod vero non est auctum, dicitur NVDVM. Vtraque autem suae originis sequantur naturam (§. 101.).

§. CLIV. Nomen cuius primitiuum ex solis constat radicalibus, originis suae potest sequi naturam sine vlla antecedente littera heemantica; hinc esse potest nudum (§. 153.) ne tamen cum primitiuo suo confundatur, muter vocalia: cuius vero respectiue primitiuum habet litteram essentialem feruientem, nudum esse non potest, (§. cit.) ergo auctum: cuiuslibet vero deriuationis veritas per conuenientiam significari et aliarum notarum cum sua origine potest explorari.

§. CLV. Nomen e diuersis radicibus ortum dicitur COMPOSITVM; quod non est compositum, SIMPLEX.

§. CLVI. Nomina composita, quum longiora esse soleant, linguae perfectioni non conueniunt: Ergo non facile sunt recipienda.

§. CLVII. Femininum a masculino deriuandum, signo quodam ab hoc erit distinguendum (§. 1.), quumque  $\aleph$  indicet femininum genus, ad id adhibeatur. Iam vero cum vocum breuitati sit studendum, (§. 156.) non rota vox, sed quaedam littera sumatur et quidem  $\eta$  1) ob defectum rationis ad aliam, cum haec sit vocis prima 2)  $\aleph$  sumi non potest, quia a fine non facile seruit (§. 21.) \* vero in vocis sine addita aliud quid indicat (quod infra patebit); hinc  $\eta$  ceteris praeferatur et quidem praecio kametz, quia  $\tau\omega$   $\eta$  est magis cognatum (§. 12.) in quo commode quiescere potest (§. 15.); quod tamen  $\eta$  varias ob causas in certis nominum formis in simile potest transire  $\eta$ .

§. CLVIII. Femininum nominum genus pro signo habet  $\eta$ , (§. 157.) hinc masculino, si femininum ex illo oriri debet

debet, ה, addatur. Quod si vero iam habuerit ה, istud ה, quoniam in commoda est quiete, quiescit immo perit (§. 14.) hinc etiam eius vocale tollitur (§. 104.), ad antecedentem litteram non reiiciendum, quia vocis origo non acque facile cognosceretur (§. 101.)

§. CLIX. ה in chirek aegre quiescit (§. 15. 33.) hinc *masculino in ך exeunti ad femininum formandum* adijci nequit; unde *mutetur in ח*: (§. 157.) *aut si ה sit retinendum litterae ך dagešch imprimatur* (§. 120.): tonus enim ob essentialem vocis mutationem vtiliter quoque in ea est syllaba, qua illa afficitur. (§. 22. 57.)

CLX. Sit femininum e masculino, quod in litteram mouendam desinit, formandum per litteram ח, ei est subiiciendum vocale, vt vocis flexio in sono agnoscatur (§. 18.) quumque ח fit pro ה (§. 157.) eius quoque adsumi poterit vocale; hoc vero positum quum fit pro chireck (§. 157.) cessante nunc ratione huius mutationis, ipsa quoque cessare potest mutatio. (§. 102.) Iam vero si punctum praecedens sit e, illi ח chirek facile poterit adcommo- dari, in primis cum chirek, quod est in composita syllaba, medium tueatur inter i et e sonum (§. 33.) e vero proxime antecedens si fuerit ob vocis incrementum finale, ne nimum in ea pronuncianda consumatur temporis; alleuetur in  
\* (§. cit.)

§. CLXI. Pluralem nominis numerum formaturus distinguat eum ab illo, quem dicunt singularem, idque eligat signum, quod huic rei maxime adcommo- datum esse videtur. Hinc pronomina הן et הוּ, quibus ebraei pluralem numerum denotant, vocibus ita flectendis addantur. Iam vero ה non seruit in vocis medio (§. 21.) mutetur igitur in vnam litteram ך similia (§. 18.) ך vero ob eandem causam, quam ob rem ה sumi non poterat, alternare nequit (§. 6. 21.) Vau vero et Iod quum vbiuis seruire possint (§. cit.) ob generum differentiam maximam adsumantur *ambac*. Hinc quod ad masculinum genus denotandum at-  
tinet

tinet, cuius signum in plurium numero est  $\text{םך}$  erit  $\text{םי}$   $\text{י}$  vero cum sit e quiescentium numero (§. 18.) quae libenter quiescunt, id ante se habeat vocale in quo commode potest quiescere (§. 14.) *Hinc quum obirek sit maxime cognatum  $\text{טף י}$ ; pluralis masculini erit  $\text{םי}$ .*

§. CLXII. Feminini generis numerum pluralem formaturus pro  $\text{ןך}$  adsumere debet  $\text{ן}$  (§. 161.) hinc  $\text{י}$  similem ob causam (§. cit.) quiescit in cholem (§. 14.) hinc erit  $\text{ן}$ ,  $\text{ן}$  vero cum sit feminini generis signum (§. 157.), atque  $\text{ך}$  et  $\text{ן}$  vnus organi consona (§. 4.),  $\text{ן}$  pro  $\text{ך}$  non solum sumi potest, verum etiam si sumis, a masculino plurium numero in sono magis discernes (§. 161.) Ergo sic erit pluralis feminini  $\text{םן}$ .

§. CLXIII. Quum signi sit perfectio, si rei signatae respondeat: nominum, res natura vel arte geminas exprimentium, ita flectatur numerus, vt ista earum qualitas statim ex signo possit diiudicari; hinc e voce  $\text{םןש}$ , quae duo sonat, tantum sumatur, quantum huic fini sufficit, ceteraeque linguae perfectiones admittunt. Ergo nec sola terminatio  $\text{םי}$  (§. 161.) nec tota vox retineatur, ne vox nimis longa fiat (§. 156.) sed tantum terminatio  $\text{םי}$  \_ voci flectendae adiungatur.

§. CLXIV. Pluralis feminini generis numerus iam habet suum signum quo a masculino genere eiusdem numeri distinguitur; (§. 162.) hinc quibus in singulari numero ad discernendum genus vtebatur signis iisdem, nunc ad id opus non est (§. 157.) Cesante ergo causa, quum plerumque quoque cesset effectus: (§. 102.) quae erant *feminini generis in vnus numero signa, ante terminationem pluralem abieci possunt*, in primis, ne vocabulum ipsum fiat nimis longum (156.)

§. CLXV. Quibus vero in vocibus, seu in quarum flexionibus, hae non reperiuntur discernendi rationes, in illis cum causa remanendi non cesset, manet effectus; hinc quum dualis numerus propria generis distinguendi nota

careat, (§. 163.)  $\eta$  femininum non abiiciatur (§. 160.); quum tamen  $\eta$  feruile (§. 20. 157.) in medio non feruiat (§. 21.), murerur in simile  $\eta$  (§. 157.): in monosyllabicis vero quum altera deficiat ratio, (§. 164.) neque ob id  $\eta$  aut  $\eta$  femininum erit abiiciendum (§. 117.)

§. CLXVI. Ad polysyllabica quod attinet, possunt quidem illa flecti secundum (§. 164.) optime; sed quas in  $\eta$  et  $\eta$  terminantur ob nouam accedentem rationem paullo mutantur. (§. 165.) In causa haec sunt: Polysyllabica laudatarum terminationum si secundum (§. 164.) flecterentur, confusio cum illis, quae in  $\eta$  terminantur, essent obnoxia (§. 164.) quae ut euitaretur confusio, simulque §. 164. aliquatenus satisfiat, abiiciatur quidem  $\eta$ , remaneat vero vocale. Accedente iam terminatione plurali  $\eta$  (§. 162.) vocis mutatio requiri videtur, (§. 164.) ut horum vocalium vnum pereat: verum hoc si fiat; aut penultimum aut vltimum esset extrudendum; quod si illud, confusio quam euitare molimur, oriretur (§. 162.); si hoc, vocis numerus pluralis a singulari non posset distingui. Ergo consonum erit interponendum (§. 60.) hinc quoderat vocalis fulcrum moueatur (§. 1. 8.) atque per dagefeh forte gemineur (§. 46.) (ob defectum rationis ad aliud quidpiam: ipsa vero vocalia longa in breuia erunt mutanda, chireck nimirum longum in breue,  $\eta$  vero et  $\eta$  in (§. 70. 120.)

§. CLXVII. Sunt quaedam nomina in  $\eta$  exeuntia, quae in plurium numero  $\eta$  in simile  $\eta$  (§. 18.) mutant (per exp.). Quod si ergo polysyllabica in  $\eta$  proprium fulcrum retinerent, non aequae facile ab iis, quae in  $\eta$  exeunt, erunt discernenda, (§. 164.) ac si secundum polysyllabica in  $\eta$  flecterentur, (§. 166.) posito  $\eta$  pro  $\eta$ , quum eorum confusio cum hac forma sit tolerabilior.

§. CLXVIII. Iod vltimum, cui accedit terminatio pluralis, (§. 161.) nullo alio superueniente consono terminationis illius vocale modificare debet (§. 61. 161.); hinc antecedente breui chirek, syllaba penultima duas tantum habet  
moras,

moras, (§. 33. 63.) quae tamen non est tonica (§. 70. 161.): Ergo inter alias mutationes Iod adfumere potest dageſch, (§. 121.) ſeu potest, breui chirek in ſchua correpto, perire (§. 14.)

§. CLXIX. E masculino שלם formaturus femininum, idque in plurium numero: nade adiciat pluralis huius generis numeri ſignum (§. 164.) erit שלמה tonus eſt in ultima (§. 70.) Ergo prius corripitur in ſchua, (§. 122.) poſterius in kametz. (§. 127.) Ex nominibus vero ſegolatis ſtrictè ſic dictis, ſi formentur feminina, voci שלם addatur ה. erit שלמה (§. 122.); hinc ob duorum ſchuaarum concurrentium prius eleuerur in שלמה (§. 132.): vel cum in ſyllaba compoſita ad ſonum טז e accedat (§. 33.) et chirek quoque in compoſita ſyllaba muruet ſonum טז e, erunt tam inter ſe quam טז, ſimilia hinc pro שלמה dici quoque poterit שלמה et שלמה, feminina tamen e nomine ſegolato orta. Ergo feminina iſta in plurali (abſoluto) ſub ſeconda poſſunt recipere kametz, primo ſchuaato.

§. CLXX. Status nominum abſolutus et conſtructus, quum maxime differunt, (ſunt enim inter ſe, vt dependens et huius principium) ſignis etiam diuerſis *distinguuntur* optime (§. 11.); quod dum *punctorum mutatione* obtinetur, (§. 1.) litterarum vero mutatio, maiorem vocis ab origine ſua inuoluit diuerſitatem, illa mutantur. (§. 101.)

§. CLXXI. Nomen, quod eſt in ſtatu conſtructo cum reſto arctiſſime cohaeret; (§. 170.) hinc vel in vnam contrahantur vocem, vel ne vox nimis longa ſit, (§. 156.) ſeparatae quidem maneant, in punctatione tamen *conſiderentur*, vt vox vna: hoc enim eſt vtile. Vnde etiam ſit, vt per makkeph aliquando connectantur. (§. 58.)

§. CLXXII. Kamerz correptibile, quod eſt vocis per ſe ſpectatae penultimum, eſt, in ſtatu vocis illius conſtructo, ſaltem in tertia ante tonum ſyllaba, (§. 171.) *iram* correptibile, quod eſt ante kamerz vel terminationem pluralem vocis

con-

*constructae*, minimum est in tertia ante tonum (§. 38. et cit.) hinc *sunt in schua corripienda*. (§. 122.)

§. CLXXIII. *quod est ante*  $\text{ו}$  *si eius nomen aliud regat*, est saltem in tertia ante tonum, (§. 171.) hinc *corripitur in schua* (§. 122.) Iod vero quum aliquando schua sub praecedente littera respuat, atque in locum  $\text{ט}$  schua reiciat suum vocale (§. 151), chirek vero, si fuerit in syllaba composita ad sonum  $\text{ט}$  e accedat (§. 33.): illud *schua eleuari potest in rseve*.

§. CLXXIV. Quum nomen regens f constructum in punctatione vocalium consideretur atonum (§. 171.); *et in syllaba ultima composita istiusmodi vocis vtiliter corripitur in*  $\_$  (§. 33. 68. 119.); similis quoque est causa, quam ob rem *ante*  $\text{ו}$  *mutatur in*  $\_$  (§. 33. 68.).

§. CLXXV. Fac  $\text{ו}$  fieri *regens*, erit in tertia, *secunda saltem ante tonum*; (§. 171.) hinc ambo corripiantur in schua (§. 122.): quum vero tunc fit schuaiim concursus, (§. 39. 130.) eorum prius eleuetur in  $\text{ו}$  (§. 130. 139.); hinc est  $\text{ו}$ .

§. CLXXVI.  $\text{ו}$  *afformatiuum femininum*, quum in vocis medio non seruiat, (§. 21. 24. 137.) *mutetur in statu constructo in simile*  $\text{ו}$  (§. 157. 171.)

§. CLXXVII. Terminationibus pluralis numeri  $\text{ו}$  *et dualis*  $\text{ו}$  *nominum in regimine positorum mora vtiliter demitur* (§. 119. 171.); quumque littera *mem* sit, labialis; (§. 4.) hinc pronunciationis celeritatem impediatur; (per exp.) regens vero et rectum nomen vtiliter, quantum fieri potest, combinentur, (§. 171.) *mem pereat*; ante vero, quam abiiciatur, in duali alleuetur  $\_$  (§. 122.); hinc tam pluralis, quam dualis constructorum terminatio est  $\text{ו}$ , quod vero ipsum  $\text{ו}$ , cum sit alius rei in fine vocis signum, *quiescat in simile* (§. 14.).

§. CLXXVIII. Si qua res sit determinanda, fieri id optime potest, combinando pronomen tertiae personae cum obiecto determinabili. Ne vero duarum istiusmodi vocum contractione, quae vtilis est, (§. 171.) vox nimis crescat, (§. 156.)

156.) vocum הוּה, הוּי, הוּם et הוּן prima tantum retineatur, ceteraeque abiectae compenſentur per forte dageſch, (§. 106.) הוּ vero puncto vocali carens, mouendum tamen, notetur ſchua ſimplici, (§. 36.) quod erit mobile, (§. 39.) (הוּ enim eſt a vocis initio); hinc in compoſitum mutandum (§. 145.): conſonum vero illud per dageſch incluſum, (§. 46.) quum vocali ſit deſtitutum, adeoque cum ſchua notandum, (§. 106.) mobili (§. 140.) efficiet ſchua'im concurſum; (§. 130.) quo ſit, vt compoſitum ſchua antecedens cateph abiiciat (§. 140.); hinc הוּ apparet cum vocali, ſed quonam? dum erat vox ſeparata, habebat ſua vocalia diuerſis in vocibus הוּ וּ; quodnam ergo ex illis eſt eligendum? הוּ ſchua compoſitum non conſtituit (per exp.), nec pro ſchua producendo poni poterit, cum הוּ, cui vocale chirek ſubiectum eſt, denoter aliquid in verbis: vero et הוּ vocale breue, quod הוּ וּ reſpondet (§. 33.), ſchua quidem adſumunt, et aequali gaudent iure, vtraque tamen ſub vna non poſſunt ſubſiſtere littera (§. 60.): hinc intercedat הוּ, quod ob rationes ſupra allatas tranſeat in הוּ (§. 140.). Cui accedit ipſa naturae הוּ וּ demonſtratiui ratio, in primis ſi homini, aliquo a nobis diſtanti ſpatio, locus ſit determinandus: quumque הוּ proxime accedat ſonoro הוּ (§. 33.) id quoque aliquando adſumi poteſt (§. 6.); et הוּ ſi eſt ante gutturalem, quae dageſch forte reſpuit, poteſt eleuari in kamerz. (§. 47. 110.)

§. CLXXIX. *Quod ſi velarium וּהוּ cum voce quadam ita ſit connectendum, vt ambae euadant in vnam, reiectis ceteris litteris maneat vna: (§. 156.) quae eſt quidem porceſt וּ, modo non verborum temporis aliquam ſignificaret perſonam: Ergo maneat וּ, quum וּ ſit ſemper radicalis, (§. 21.) ſequenti dageſch forti, (§. 106.) praefigaturque ſuo vocali וּ vel illi ſimili*

§. CLXXX. *Suffixa nominibus ſingularis numeri ſubſtituenda SINGVLARIA; pluralis numeri, PLVRALIA; vocibus vero ſingularis numeri adponenda, SINGVLARIVM; pluralis numeri, PLVRALIVM dici ſolent.*

F

§. CLXXXI.

§. CLXXXI. ¶ *Feminini generis signum, quum non feruiat in medio (§. 21.) accedente suffixo vel erit commutandum cum alia littera, vel abiciendum: hoc si fieret, generis periret signum (§. 157.) ex suffixo non diiudicandum, utpote quod non respicit ad genus vocis, cui adicitur; sed ad eius, pro quo substituitur: hinc ad euitandam confusionem mutetur in simile ¶; (157.) aliud vero ¶ ob vocis breuitatem tolli potest. (§. 156.)*

§. CLXXXII. Nomina quibus accedunt suffixa posunt considerari in itaru constructo. (§. 170.) Quae si sint in plurium numero, connectuntur cum suffixis pluralibus (§. 180.) hinc terminaciones masculinae pluralis et dualis numeri in nominibus posunt perire (§. 102. 156.)

§. CLXXXIII. Nomina quibus suffixa accedunt, quum posint considerari tanquam in regimine (§. 182.) et vltima corripiantur (§. 172.)

§. CLXXXIV. Praeterita et futura verborum tempora, omni qua fieri potest ratione, discernantur, vtile est (§. 11.); hinc si praeter alias notas etiam ita distinguuntur, vt diuersa suffixis antecedentia adsumantur vocalia, pulcre obtinebitur finis. *Hinc praeteritum, quum futuro prius fit tempore ante suffixum quoque habet vtiliter vocale a, quod ordine prius ponitur; futurum vero, quod sequitur e.*

§. CLXXXV. Radicales, ab accedentibus suffixis, vt melius distinguantur, vtiliter clare efferuntur; hinc *secunda sub secunda radicali eleuari poterit, (§. 17. 119.) in vocale, ex quo ortum erat; tunc, hoc, si fuerit breue, quando substituere nequit, producitur. (§. 121.)*

§. CLXXXVI. ¶ *praeteriri, quum in vocis medio non feruiat, (§. 21.) accedente suffixo, mutetur in ¶ (§. 6. 24. 157.)*

§. CLXXXVII. Suffixorum plurima incipiunt a vocali: si ergo accedant syllabae simplici, vnum vocalium perire debet, (§. 60.) nisi adsumatur consonum, (§. 60. 104.) quod  
tamen



tamen vocem longiorem redderet; (§.156.) vnde fit, vt ה  
*secundae personae, singularis numeri, generis masculini, ab-*  
*iciat suum*, quod in primis fieri debet, si *accedens suffi-*  
*xum ex solo vocali constat.*

§. CLXXXVIII. ה *secundae personae singularis in fe-*  
*minino*, ne cum illo, quod habet masculinum, (§.187.)  
 confundatur, *suum sebuā conuertat in chirek breue*; sic esset  
 a rariori, חַיִּי pro חַיִּי.

§. CLXXXIX. Veteres ad discrimen תֵּוּ ׀ et הֵּ non  
 satis adcurate adtendentes, accedente plurali secundae per-  
 sonae suffixo, nec diuersa formarunt ratione. Iam vero,  
 quum *secunda persona pluralis*, praeter radicales litteras,  
 iam habeat seruietes, aliisque *accidentibus suffixis*, seruien-  
 tium augeatur numerus, (§.24.) ipsaque vox longior euadar  
 (§.156.), ne nimis excrescat, nec radix cognitu fiat difficilis  
 (§.101.), seruietia in voce minuantur, (§.21.) vile est: ea ta-  
 men lege, vt verbi personae maneat aliquod vestigium (§.11.);  
 hinc ex ׀ abiici quidem poterit ׀ praeuio puncto voca-  
 li .. (§.105.); at, ne ה cum illo, quod signum alius personae  
 atque numeri est, confundatur, remaneat aliud praeter hoc  
 signum תֵּ ׀ simile quod erit e בּוּמֵה (§.4.6.); sed בּ esse  
 nequit, alias manere posset ׀; hinc nec ׀, ׀ vero omnium  
 erit aptissimum; potest enim quiescere, vt fulcrum voca-  
 lium תֵּוּ ׀ et u (§.33.): quod si tamen תֵּוּ ׀ fieret fulcrum, pos-  
 set confundi cum suffixo cholem; hinc melius *adsumitur ׀*  
*vel eius vocale breue*, (§.33.).

§. CXC. Quum tot sint syllabae, quot in oratione sunt  
 vocalia propria (§.1.38.), nullaque syllaba apud Ebraeos  
 incipiat a vocali, sed omnes a consono (§.60.) sequitur, vt  
 si syllabae simplici accedat suffixum, praeuio vocali ornatum,  
 vel eorum vnum pererat (§.61.), vel consonum adsumatur;  
 (§.60.104.); hoc si fieret, nulla urgente necessitate vox excresce-  
 ret, (§.156.) quum abiecto puncto suffixi praeuio, citra confusi-  
 onis periculum, omnis tollitur repugnantia; hinc fiat prius. Er-

go verbo in vocali terminato punctum ante suffixum alias requisitum ordinarie tollitur.

§. CXCI. Nomina indeclinabilia dicuntur PARTICVLAE. Quae si cum aliis vocibus connectantur ut serui- entes sunt CONNEXAE et INSEPARATAE; ceterae audiunt SEPARATAE et INCONNEXAE; sub quarum igitur numero ך et ם §. 178. et 179. iure comprehendi videntur; quum tamen sint pronomina, a particulis possunt distingui.

§. CXCII. ם praefigitur per chireck breue sequente dagešch forri. Etenim haec particula orta est ex ך; iam ן etiam in aliis linguis accommodari solet sequenti consono; hinc per dagešch forte apud Ebraeos in illud mutari potest (§.46.). Punctum chirek potest manere dum iam adest; si vero forsā id abicere placeret, mox redibit: nam notato ם cum schua simplici (§. 13. 18. 36.) est concursus schuaiim (§. 39. 107. 130.) vbi prius primitiuum mutatur in breue chirek (133.)

CXCIII. ך interrogatiuum cum ׀ praefigitur: est enim mouendum (§.8. 13.) hinc quum proprium non habeat vocale, est cum schua notandum (§. 36.) mobili, (§. 36.) quod sub gutturalibus transit in ׀ (§. 147.), si tamen est ante aliud schua mutari potest in ׀ (§. 146.); item si est ante litteram gutturalem non schuatam, tamen mouendam, ad facilitandam difficiorem eius pronunciationem (§. 5.)

§. CXCIV. ך praefixum ex ך vel retinere potest punctum primum; vel illo abiecto schua recipere (§. 36.); vel schurek ante ךבך quum sic illa melius pronuncientur (per exp.): aut si est ante litteram schuatam, quia est concursus schuaiim (§. 24. 37. 39.) et ך est ex ך (§. 6. 140.); sed ante ך secundum §. 143. praefigendum. (§. 14.)

§. CXCv. ך CONVERSIVVM FVTVRI, quod futurum ante in praeteritum, a ך conuersiuo praeteriti vtiliter distinguitur (§. 11.) vnde fit vt hoc habeat ordinarium punctum

punctum (§. 13. 36. 194.); illud vero - seu potius - sequenti dageſch forte (§. 33. 46. 62. 194.)

§. CXCVI. *Verbum, quod ſolum ſimplicem ſuum exhibet ſignificatum, PRIMAE; quod adhaerentem illi eumque inſenſuum SECUNDAE; quod dependentiam verbi primae claſſis, indicat, TERTIAE; quod denique primae claſſis verbi ſignificatum eſſe reciprocandum docet; QVARTAE* verborum adnumeratur CLASSI. *Quarum claſſium prima vocatur ab actiuo ſuo KAL; ſecunda PIEL; tertia HITHPAEL; quarta HITHPAEL.*

§. CXCVII. CLASSIS verborum GRAVIS dicitur, *quae habet dageſch characteriſticum (§. 45.); quae non habet, LEVIS. Hinc ſecunda & quarta, cuius characteris diſtinctiui pars eſt dageſch forte, ſunt graues; prima vero & tertia leues.*

§. CXCVIII. Ceſſante cauſſa, cum plerumque ceſſet effectus, (§. 102.) claſſis vero verborum et temporis characteres ideo ponantur, vt ab aliis claſſibus et temporibus diſtinguantur, (§. 11. 107.) hac deficiente ratione conueniens eſt, vt hi pereant characteres. i. e. *Character claſſis, vel temporis, poſterioris expellit characterem claſſis, vel temporis, prioris.*

§. CXCIX. *Tertia praeteriti in kal perſona, quae habetur pro radice, ſi ſit punctanda, optime adſumit primum vocale, vt ſit e. g. קָטַל, quumque in ſyllaba composita ordinarie ſit breue vocale, (§. 68.) etiam קָטַל eſſe poteſt. Quia vero eſt res arbitrii, pro קָטַל vel ſub ſecunda radicali etiam קָטַל poterit adſumi, et quidem hanc forte ob cauſſam, vt prima radicali notata cum primo vocali, ſecunda habeat ſecundum vocale.*

§. CC. Vocabulum קָטַל, quum generatim dependentiam ab altero inuoluat; patiens vero ab agente dependeat: ad paſſiuam verborum ſignificandam formam aptum videtur, primaeque verborum claſſis paſſiuo addictum eſt ab Ebraicis. Quod ſi integrum retineretur, verbum iuſto fieret

longius (§. 156.); hinc remaneat ך, quod, vocali destitutum, noceatur cum schua (§. 8. 18. 36.); ך vero quum sit praeformativum, (§. 24.) et sic cum radice arctius cohaereat: (§. 31.) prima radicalis corripiat suum vocale in schua, quo facto schua sub ך erit elevandum in chirek: (§. 39. 133. 140.) et praeformativae litterae cum radicali nexus ex signis apparebit: (§. 31.) hinc est קָמַל (§. 199.).

§. CCI. Quum prima verborum classis in tertia praer. fing. perf. habuerit ; (§. 199.) secunda classis accipiat, hinc קָמַל (§. 197.) tonus vero, quum sit in vltima, (§. 70.) primum .. erit corripendum in simile breue vocale chirek (§. 33. 120.); hinc est קָמַל : vnde formativus passivum, sumat ך ex כּוּן, (§. 200.) illudque substituatur pro .., pro .. vero, vt similis euadat primo passivo .. (§. 200.) erit קָמַל (§. 33. 120.)

§. CCII. Tertia verborum classis recipiat tertium vocale chirek (§. 33.) quumque habeat significatum determinandi (§. 196.) ex עשה sumat litteram; (§. 156.) non ע, est enim semper radicalis (§. 20. 21. 24.) nec ש (§. 179.) Ergo ה; sic est הקיטיל vnde הקיטיל (conf. §. 198.) passivum vero est הקיטיל similiter vt קָמַל (§. 2. 1.) nec confusio erit verenda, quum huius dagešch forte, (§. 201.) illius vero ה characteristicum, differentiam satis indicent: passivi vero illius permutari potest facile in .. breue (§. 6. 33.) hinc fieri הקיטיל.

§. CCIII. Quarta verborum classis, quum habeat significationem reciprocam (§. 196.) radici addat את signum rei significandae aprum (§. 11.) quod integrum erit retinendum, quum vtrumque eorum separatim sumtum, additumque ab initio, tempora futuri denotat, hinc ob hanc ipsam confusionem euitandam א permutetur cum ה (§. 4. 6. 18.) et propter tonum ab hac voce, cum קָמַל connectenda auferendum (§. 69.), .. alleuetur in breue chirek (§. 120.) et .. sub intellectu exprimitur (§. 18. 36.) vt fit התקטל : vocalia radici subiicienda retineri possunt quae erant

erant in kal (§. 196. 197.) quae tamen quum in quibusdam appareant, et .. erit  $\text{התקטל}$  seu potius  $\text{התקטל}$  (§. 33. 46.)

§. CCIV.  $\text{ה}$  *characteristicum in bithpacl* (§. 203.) quum habeat sibilum, si est ante primam radicalem sibilantem, *utiliter cum illa transponitur* (§. 52.) manentibus vocalibus pristino quem inter se habuerunt loco. Tunc enim  $\text{ה}$ , quia est post litteram schuatam (vid. hypothef.) adsumere potest dagesch lene (§. 10.) quo sibilus perit, simulquae in auri-bus grauis sibilantium concursus euitatur. (§. 52.)

§. CCV. Dagesch characteristicum classium verborum grauium, quum moram inuoluat (§. 46. 61.), componari potest, vel per litteram mouendam, (§. 8. 62.) cum sequenti littera per schua non coniunctam, vel per vocale longum in syllaba  $\text{תֵּ}$  Dagesch ante illud pro breui substitutum (§. 110.); illaque littera vel desumi poterit ex ipsis vocalibus radicalibus vel aliunde; ad vocalia vero, quod attinet, in primis huc faciunt, ea, quae fulcrum habent. (§. 33.)

§. CCVI. Infinitiuus formatur Ebraeis a tertia sing. male. praet.

A. in kal est  $\text{קטל}$ : restant enim adhuc  $\text{י}$  et  $\text{ו}$  e vocalibus longis (§. 33. 199. 201. 202.), quorum prius huic adsignatur infinitiuo et posterius participio huius classis;  $\text{ו}$  vero penultimum, quum sit correptibile, (§. 117. 119.) alleuari potest in schua, (§. 122.) sic erit  $\text{קטל}$ , vox vero cum longa non fit, etiam aliquando manere potest. (§. 102.)

B. in Niphal addunt  $\text{ה}$  characterem infinitiui; hinc prior character  $\text{כ}$  extrudatur, (§. 198.) impresso  $\text{תֵּ}$   $\text{ק}$  dagesch forti (§. 107.); quod ne pereat  $\text{ק}$  noterur cum primo vocali (§. 199. 200.) sic posito in vltima pro  $\text{ו}$ , est  $\text{התקטל}$  nam ob concursum duorum schuatum prius est eleuandum in chirek. (§. 13. 36. 39. 133)

C. in

C. in Piel et Hiphil variantur puncta prima, in ceteris maneat eadem cum praeterito, aliquando tamen in pūal et hophal etiam mutantur conformiter. (§.6.33)  
§.CCVII. Afformatiua (§.24) in verbis desumuntur e pronomibus personalibus, suntque in praeteritis.

I. Singularis numeri personae,

(A) tertiae, (§.199.) fem. הָ ex הָיָה, est enim prima vocis littera, nec adest ratio, cur ad aliam transeamus, illudque ipsum הָ iam est signum feminini generis, 157.) et הָ, quae est littera gutturalis, (§.4.) lubenter in הָ quiescit, (§.14.)

(B) secundae 1) masc. הָ ex הָיָה, N enim in vocis fine aegre seruit (§.21); hinc cum puncto suo abiiciendum, (§.104.) quo etiam dagesch in הָ perit (§.98.102.); hinc remanet הָ, 2) fem. הָ ex הָיָה eadem enim est ratio.

(C) primae הָ ex הָיָה, N quia in fine aegre seruit, (§.21.) remanet הָ (per num.B) quod vero quum sit suffixum, mutatur הָ in הָ, quod eiusdem est organi, (§.4.6.) sic est. הָ

II. Pluralis numeri (α) tertiae personae וָ ex וָהָוּ וָהָוּ, quae voces integrae manere nequeunt, (§.156.) וָ et וָ quum sint signa diuersorum generum, tertia vero pluralis communis, sunt reiicienda; hinc manet וָ, hoc vero iam additum est tert. sing. fem. (No. 1. A.) Ergo alternet yna litterarum וָהָוּ, (§.4.6.) N non potest. (§.21.) Ergo וָ quod potest, quum vero וָ sit suffixum, quiescat in schurek; hinc וָ (§.14.) (β) secundae 1) mascul. וָהָוּ ex וָהָוּ 2) fem. וָהָוּ ex וָהָוּ No. 1. B. et (§.21.) (C) primae וָהָוּ ex וָהָוּ, e quibus (§.156.) N non potest (§.21.) וָהָוּ est semper radicalis (§.20.21.24.) Ergo וָהָוּ sed וָהָוּ iam adest, nec illo duplicato opus est ad hanc personam ab aliis distinguendam; (§.156.) hinc remanet וָהָוּ (§.104.)

§.CCVIII. Ab imperatiuo mascul. qui idem est cum infinitiui, exceptis Pūal et Hophal, quae imperatiuum non habent,

habent, formatur I) singular. fem. per  $\text{י}$  ex  $\text{יָרַח}$  equa voce  $\text{N}$  non potest (§. 21.) nec  $\text{ן}$  (§. 207. No. I. B. C.). Ergo  $\text{י}$  quiescens in chirek (§. 14.) II.) pluralis a mascul. per  $\text{י}$  (confer. §. cit. No. II. a.) nec ob mutata vocalia sub radice confusio est verenda:  $\beta$ ) fem.  $\text{הָ}$  ex  $\text{הָרַח}$ , nam  $\text{י}$  iam est terminatio feminini generis, (§. 157.) cui si accedat  $\text{א}$ , a tert. fem. sing. praet. distinguitur, (N. I. A. §. 207.)  $\text{N}$  vero ab initio tantum libenter seruit (§. 21.), et  $\text{ן}$  solum, immo cum  $\text{א}$ , iam est affirmatiuum praeteriti (§. 207.)

§. CCIX. Praeformativae futurorum litterae sunt.

I. singularis numeri  $\alpha$ ) tert. personae, 1) mascul.  $\text{י}$  ex  $\text{יָרַח}$ , e quibus  $\text{ן}$  est in tertia pers. sing. mascl.  $\text{רַח}$  Hiphil (§. 202.)  $\text{י}$  vero est praefixum, (§. 194.) et  $\text{N}$  adsignabitur primae pers. fut. Ergo recurrendum erit ad litteras  $\text{יָרַח}$ , e quibus sola littera  $\text{י}$  restat (p. antec.)  $\beta$ ) femininum  $\text{הָ}$ , ex  $\text{הָרַח}$ , nam quum harum nulla hic servare possit, (vide No. I.) permutatur cum simili feminini generis nota  $\text{ן}$  (§. 157.).  $\beta$ ) secundae 1) mascul.  $\text{ן}$  ex  $\text{יָרַח}$  vel  $\text{הָרַח}$  e quibus  $\text{N}$  cum puncto suo et  $\text{ן}$  cum puncto praevio sunt abiicienda; (per  $\alpha$ , 1. §. 104. 105. 202.) quod convenit cum  $\text{ן}$  tertiae personae fem. (n. 2.) et e sermonis contextu determinandum 2) fem. ex  $\text{יָרַח}$  sumitur  $\text{ן}$ . ipsa vero persona affirmatiuo distinguitur.  $\gamma$ ) primae communis ex  $\text{יָרַח}$  prima  $\text{N}$ .

II. pluralis numeri  $\alpha$ ) tertiae personae 1) masculini generis ex  $\text{יָרַח}$   $\text{ן}$  iam est littera praeformativa in hiphil (§. 202.) hinc similis substituenda est littera (conf. §. seq.) ex  $\text{יָרַח}$ , e quibus tamen  $\text{N}$  est signum primae pers. sing. (per  $\gamma$ ) atque haec est causa quam ob rem ad gutturales non est recurrendum (§. 4. 20. 21. 24.):  $\text{י}$  est praefixum (§. 194.); hinc  $\text{י}$ , quod iam est signum tertiae personae (per n. I. a. 1.) ergo aptissimum: numeri enim differentia ex affirmatiua littera erit cognoscenda. 2) fem. ex  $\text{יָרַח}$ ,  $\text{ן}$  non potest (vide n. praec.) nec  $\text{א}$  ob similem causam (§. 200.) Ergo, quia nec ex litteris



litteris אדרי nec אדדע (vid. no. praec.) quaedam defu-  
mi potest littera, permuterur cum simili fem. gen. no-  
ta ה (§. 157.) 6) secundae personae 1) masc. ex אהם,  
e quibus נ non potest (per num. γ): hinc sequens ה,  
quod a ה singularis numeri per affirmatiuam poterit di-  
stingui. 2) fem. ex אהנה, fit ה (per no. γ) differenti-  
am a singulari et masculino huius personae pluralis nu-  
meri litterae affirmatiuae dabunt. γ) primae perso-  
nae ex אהני, נ iam fuit in singulari (per no. γ antec.)  
ה est semper radicalis (§. 20.) ו est in praeterito sing-  
huius personae (§. 107. 11. 1.), י est praefixum (§. 24.  
194.) Ergo ו a niphāl per sermonis contextum di-  
stinguendum (§. 200.)

§. CCX. Litterae futurorum affirmatiuae sunt, 1) sin-  
gularis et quidem secundae personae feminini י ex אהי, e  
quibus נ non potest (§. 21. 24.) ה est praeteriti item ה  
(§. 107. I.) Ergo י quiescens in chirek (§. 14.) II) plu-  
ralis α) tert. pers. 1) masc. ו ex אהו, ה non potest (§. 21.  
24.) ו est suffixum (§. 24.) hinc alternet quaedam littera,  
quae si constituitur ו, erit tam וֹה ה quam וֹה ו similis  
(§. 4. 6. 18.) 2) fem. הֹה (§. 208. β) ab imperatiuo per praefor-  
matiuam litteram discernenda (§. 109, II, α, 2.) β) secund-  
dae 1) masc. ex אהם remansit ו (§. 209, II, β, 1.) quod  
vero quum sit suffixum, mutetur in simile ו (§. 4.) quiescens  
in schurek (§. 14.) a tert. masc. plur. fut. per diuersam lit-  
teram praeforlatiuam distincta (§. 109, II, α, 1. β, 1.) 2)  
fem. eadem litterae adformatiuae, quae fem. tert. pers. (α.  
2.) ab illa ex orationis nexu discernenda.

CCXI. Quod fuerit sub secund radicali longum voca-  
le; in syllaba composita, ob accedens adformatiuum tono  
destituta, in breue est corripendum (§. 120.); tonus vero  
si accedente adformatiuo non demittitur, hac deficiente ra-  
tione, manere potest (§. 76. 102.)

§. CCXII. VERBVM dicitur FORMAE MIXTAE, in  
quo sectiones alias ut oppositae habendae, nunc, ut dispa-  
ratae, coniunctae inueniuntur.

§. CCXIII.





§. CCXIII. VERBUM cuius, quacunq̄ue flectatur ratione, omnes mouentur litterae radicales, Ebraeis audit PERFECTVM; hinc verbum cuius quaedam radicalis quiescit, vel perit, erit imperfectum (§. 8. 14.)

§. CCXIV. VERBUM cuius in coniugando littera quaedam radicalis vt mobilis considerata perit, dicitur DEFECTIVVM; vt quiescibilis vero considerata, QUIESCENS: hinc posterioris littera radicalis vel maneat, modo quiescat, vel vt quiescibilis pereat, est quiescens (§. 14.) Verbum vero tam quiescens, quam defectiuum est imperfectum. (§. 8. 213.)

§. CCXV. VERBA vocantur DVPLICITER IMPERFECTA, quorum duae litterae radicales non semper mouentur in coniugando. (§. 213.)

§. CCXVI. VERBA DEFECTIVA PE dicuntur, quae sunt defectiua, quoad primam radicalem, quae se fit פ, dicitur פ.

§. CCXVII. Littera פ in verbis פפ (§. 216.), si abiiciatur, per dagefeh forte sequenti litterae impresso erit compensanda, (§. 107.) i. e. per dagefeh forte litterae subsequenti assimilatur; (conf. §. 192.) hinc quoque punctum vocale est rollendum (§. 204.), et quidem huius litterae פ, si ei schua fuerit subiectum (§. 205.), quum impressum dagefeh hoc schua indicet. (conf. §. 107.)

§. CCXVIII. Sit tertia persona praet. sing. in kal norata cum duplici kamez (§. 199.); infinitiuus poterit notari cum kamez er., distinctus tamen a praeterito in kal, ceterisque verborum classium praeteritis (§. 200-203.); sic esset פפ. פ si esset abiiciendum esset compensandum, (§. 107.) quod quum per dagefeh forte ordinarie fieri nequeat, (§. 51.) fit per litteram פפ פ similem, quae est פ (§. 4.) et in fine additur, vt fit פפפ (§. 18. 36.) quae vero vox, quia, dum pronuntiatur, sub פ fere adsumit sonum ad e accedentem, פ istud vocali cum e homogeneo notetur; non vero., quia ronus constituitur in penultimam, (§. 68. 219.), sed.; (§. 33. 68.) hinc פפפ pro quo est פפפ (§. 68.) Quod si vero vocali

calla adcommodentur vocali, quod erat sub  $\daleth$  nimirum  $\tau\omega$  erit  $\tau\omega$  a verbo  $\tau\omega$  (§phi cir.) gutturali sic ante et sub  $\se$  habente vocale maxime cognatum.

§. CCXIX. Si infinitivus fuerit  $\tau\omega$  imperatius abiecto  $\daleth$  esse potest  $\tau\omega$  (§.208.) seu vt vocalis, quod erat sub  $\daleth$  similis retineatur sonus.  $\tau\omega$  (§.33.218.)

§. CCXX.  $\daleth$  tertia radicalis, si fuerit ante aliud  $\daleth$ , per dagesch huic impressum, potest significari, (§.46.) item ante  $\daleth$ , si in id simile mutatur consonum. (§.4.46.)

§. CCXXI. VERBA GEMINANTIA SECUNDAM litteram) dum habent consonum secundum cum tertio idem, illud per hoc, impresso ei dagesch forti, potest significari, (§.46.) abiecto puncto praevio, (§.105.) reiecto suo ad praecedentem litteram (§. cir.); hoc reiciendum dicitur PVNCTVM RETRAHENDVM.

§. CCXXII. Punctum retrahendum se fuerit schua; substituendum est punctum primitivum: praevisum enim punctum perit (§.221); hinc secundum primitivum, tantum superest, (§.199.) quod quum sit correptum in schua, nisi rursus producat, nullum remanebit punctum primitivum, quod contra §. 102. Porro fac  $\tau\omega$  schua iam antecedere aliud schua, erit mobile (§.40.); hinc cum tertium schua, quod dagesch forte inuoluit, (§.107.) etiam sit mobile, erit elevandum in primitivum (§.132.); quod in niphil plerumque est parach, (§.200.) et in hiphil  $\tau$  seu simile (§.202.)

§. CCXXIII. Dagesch forte e littera schuata, quum saepe excidat (per exp.), compensatio vero non sit facile negligenda (§.106.): littera, cui hoc dagesch est impressum, loco schua accipiat vocale primitivum (§.101.). Hinc pro schua, sub vltima radicali dageschanda, in praeteritis adhibent in futuris  $\tau$  (§.184.)

§. CCXXIV. Syllabae compositae in simplicem reducae breue vocale, quum sit elevandum (§.220.) praeforatae litterae breue vocale in syllaba simplici, elevetur in analogum longum (§.68.); quod in participio hiphil est, vel

vel ob id, quod erat in syllaba composita, (§. 33.) vel quod erat punctum praeformativae litterae in praeterito.

§. CCXXXV. Si ratio cessat, cur hoc vel illud praeformativae subiectum fuerit punctum, illud ipsum tolli potest (§. 102.); hinc eius loco primum vocale subscribi potest, quod fit in kal et niphāl.

§. CCXXXVI. Si compensatio per dagefeh negligatur, cessat quoque ratio ponendi vocalis proprii pro schua sub radicali dagefehanda (§. 225.); hinc in verbis geminantibus, de quibus iam loquimur, schua manet. (§. 102.)

§. CCXXXVII. Si litterae abiectae compensatio fieret imprimendo dagefeh forte praecedenti litterae, quemadmodum fieri potest secundum morem chaldaeorum, (§. 108.) cessat ratio elevandi vocalis sub litera praeformativa (§. 68.); hinc manet ordinarium punctum (§. 102. 224.)

§. CCXXXVIII. Dagefeh caracteristicum geminantium secundam, si exprimeretur, tria sequerentur consona, quae essent eadem (§. 46. 221.); quod quum euphoniae in oratione servandae repugnaret; huic ut medeamur malo, dagefeh forte non erit exprimendum, sed compensandum (§. 106.) per  $\text{h}$  (§. 205.) aut prima verbi littera repetatur, vel alia compenset littera (§. cit.).

§. CCXXXIX. VERBUM QUIESCENS PE dicitur *quiescens qua primam litteram radicaem; quae si est  $\text{h}$  dicitur quiescens  $\text{h}$  2.*

§. CCXXX. Prima radicalis  $\text{h}$  si ante se habet vocale cognatum in illo potest quiescere (§. 14.) puncto suo abiecto (§. 36.) ipsa vero vel manente vel pereunte (§. 14.) Quod quum fiat in kal, ne cum aliis verbi clasibus confundatur, (§. 11.) extra kal mutatur in simile vocalis fulcrum  $\text{h}$ : quod in niphāl et hiphil, quae per praeformativas litteras satis distinguuntur, quiescit in cholem; (200. 202.) in hophāl vero, quod cum hiphil eandem habet praeformativam (§. 202.) in schurek. (§. 14.) At tamen vero in hiphil  $\text{h}$  saepe retinetur et quiescit in .., quum hiphil per praeformativam

tiam litteram et vocale ך sub media radicali, possit distinguui. (199. 202.)

§. CCXXXI. Si quis verbi, cuius prima radicalis est ך infinitivum et imperativum former secundum formam verbi כּוּן (secundum quam quaedam verba, quorum prima radicalis ך est, formari solere, experientia docet) erit ille כּוּן ךּוּן, et hic כּוּן ךּוּן (§. 218. 219.)

§. CCXXXII. Quum litterae ךּוּן facile inter se alternent (§. 18.) pro ך mobili esse potest mobile ך; quod poterit dageschari in niphāl, si analogia id postularit.

§. CCXXXIII. VERBUM QUIESCENS AINN dicitur *quiescens quoad secundam litteram radicalem, quae si est Vau dicitur QUIESCENS ךּוּן.*

§. CCXXXIV. Vau quum sit e litteris ךּוּן (§. 18.) potest quiescere et elidi (§. 14.) pereunte puncto praevio (§. 105.) reiecto suo ad primam radicalem (§. 36. 233.) quod si fuerit schua, erit eleuandum in primitivum vocale, e quo fuerat correptum (§. 132.)

§. CCXXXV. Punctum hoc primitivum (§. 232.) si fuerit breue vocale, nunc existens in syllaba simplici, tono destituta, quae antea erat composita, est eleuandum in analogum longum (§. 121.)

§. CCXXXVI. Media radicalis ך, quae alias eliditur (§. 234.) potest etiam vt quiescens retineri (§. 14.) quod fit in niphāl, vbi quiescit in cholem.

§. CCXXXVII. Praeformatiuae vocale breue in syllaba simplici atona, vel est eleuandum in analogum longum (§. 121.); vel si fuerit e concursu schua imm ortum, atque prius schua primitivum; cessante eleuationis ratione, (§. 134.) ipsum quoque cessare potest praeformatiuae vocale breue, (§. 102.) et pro schua primum longum vocale, ob defectum determinationis ad aliud, adsumi.

§. CCXXXVIII. Media radicalis ך, si in coniugationibus grauibz quiescit in ךּוּן (§. 15.), dagesch characteristicum  
non

non potest recipere (§.1.3.46.48.): hinc ad illud compen-  
sandum dupliciter tertia radicalis (§.205.); si vero abiciatur,  
adsumi potest vna reliquarum litterarum radicalium,  
et pro dagefeh characteristico altera. (§.107.)

§. CCXXXIX. QUIESCENS LAMED dicitur *quies-*  
*cens, qua tertiam litteram radicalem, quae si sit ׀ vocatur*  
**QUIESCENS ׀**.

§. CCXL. Litteram quiescentem compensat longum  
vocale (§.109.); hinc ante ׀ ponatur illi maxime cognat-  
um (§.14.239.), quod est kamez et praeteritis tribuitur.

§. CCXLI. Infinitivus plurimum quidem retinet or-  
dinarium cholem (§.207.); hoc vero cum ׀ ׀ minus sit  
cognatum (§.12.15.), ׀ mutatur vel in simile ׀ (§.157.) vel  
in ׀ litteram quiescentem (§.18.), quae est ante cholem in  
aptissimo quietis loco (§.14.)

§. CCXLII. ׀ cum in cholem minus commode quies-  
cat (§.15.), litterae vero mutatio iam facta sit in infinitivo  
(§.241.), in imperativo mutetur vocale in id, quo ׀ ׀ est  
cognatum (§.14.), quumque kamez fuerit adsumtum in  
praeterito (§.240.), hic sumatur.

§. CCXLIII. Cholem in futuris, ob similem rationem,  
quae §.242. fuit allegata, permutatur cum vocali ׀ ׀ co-  
gnato. (§.14.15.)

§. CCXLIV. He quum in media voce aegre quiescat  
(§.15.), si ob id abiciendum, perit vna cum puncto prae-  
vio (§.205.); vel mutatur in litteram similem ׀ (§.18.) seu ׀  
(§.157.); praecipue ante terminationem femininam, ne cum  
masculino confundatur (§.207. I. A.).

§. CCXLV. Iod, si ponatur pro ׀ non schuando, vo-  
cale quoque proxime modificat ab initio (§.36.61.); si vero  
pro ׀ schua quiescenti norando, quiescat, et ante se  
habeat vocale, in quo commode potest quiescere. (§.14.)

§. CCXLVI. QUIESCENS ׀ dicitur *quiescens quo-*  
*ad tertiam radicalem ׀*; quumque littera quiescens com-  
pen-

penferur per longum vocale (§.109.), patach et cholem, si pro hoc esse potest patach, eleuentur in kamez. (§.33.214.)

§.CCXLVII.  $\aleph$  in media voce quiescens respuit schua (§.36) et quoniam quiescit, habet ante se longum vocale (§.109.), quod in praeterito kal ordinarie est in ceteris vero praeritis. Si vero vocale sit in syllaba tonica, breue id esse potest, quod etiam in futuris et imperatiuis est. (§.68.)

§.CCXLVIII. Sit aleph ante  $\eta$ , erit in commodo quietis loco (§.15.), hinc si quiescere iubetur, cesset, quod ei erat subscriptum (§.36.), et alterum eleuetur in (§.109.), vt sit  $\aleph\eta$ ; si vero sit mouendum, ne nobis inuitis quiescat, antecedens vtiliter tollitur (§.15.102.) et sic eius littera mouenda est cum schua notanda. (§.36.)  $\aleph\eta$ .

§.CCXLIX. Verba  $\aleph\eta$  et  $\eta\aleph$  sunt simillima (§.4.18.); hinc facile fieri potest, vt  $\aleph\eta$  formetur vt  $\eta\aleph$  et vicissim. Vnde etiam euenire solet, vt saepe formas suas permulent inuicem, vel quoad litteras; vel quoad puncta; vel quoad vtrumque. (§.18.)

§.CCL. Hisce bono cum Deo absolutis, perueniendum nunc esset ad figuras, quas Grammatici dicunt, etymologicas, & quod primo loco erat nominandum, praeclarum istud de analisi instituenda problema. Sed iam plura, in primis specialia, quorum tamen rationes facile potuissent indicari, ne nimis excresecat disputatio, omisimus: sic ob eandem rationem, temporisque breuitatem, et illorum tractionem differimus.

T A N T V M.

ORNA.

ORNATISSIMO

DIENEMANNO SVO

S. PL. DIC.

SIGISM. IAC. BAVMGARTEN.

**Q**VI PRAESIDI TVO clarissimo nuper admodum disputationem solemnem et summos in philosophia honores gratularus sum, atque amicitiae officiorumque fidem dedi, ad publicam iam a TE, amicissime DIENEMANNE, vobiscum pugnam prouocor. Sustinebo has partes, hostemque simulabo, quoad per amorem et temporis angustias, quibus laboro, fieri poterit, ita ut et ipsi PRAESIDI, cui plurimum volo, fidem studiumque comprobem, et TIBI significem quanti faciam ingenium, mores, industriam, litteras, omnesque illas virtutes, quas in TE iam aliquot annos cognitas mirifice deamaui. Disputationis argumentum omnibus, qui linguarum studiis bene cupiunt, si quid prouideo, apprime placebit, mihi certe gratisimum fuit, qui non solum linguis, quod praefiscine dixero, multum delector, earumque incredibile ad omnem sanctiorem doctrinam

H

prac-

praesidium esse quotidie intelligo, verum etiam in  
sententiarum de linguis addiscendis diuortio, ad neu-  
tras partes concessi, neque illorum, qui omnem hanc  
operam grammaticorum regulis mirum quantum  
multiplicatis absolui pronunciant, nec eorum, qui le-  
ges grammaticas abrogari, ignorari saltem et ex scho-  
lis omnino proferri, linguas vero exercitio et vsu  
comparari iubent, sed mediam inter has sententiam  
profiteor, vt paucis philosophandum esse arbitrer.  
Nam vt grammaticam disciplinam linguarum philoso-  
phiam esse existimo, sic illos maxime sector qui ad  
pauca, foecunda tamen et sufficientia principia has le-  
ges reuocant, atque efficiunt vt ars grammatica a sci-  
entia proxime absit. Quam praeclaram operam iam  
diu satis et in nostra academia et alibi ab eximiis vi-  
ris, quibus hae litterae multum debent, datam  
esse, eorumque vestigia in hac disertatione premi,  
optimo iure impense laetor. Defensionem solemnem  
felicem VOBIS futuram et spero, et praesentio, et  
gratulor, licet ipse sim inferior ex conflictu discesfu-  
rus. TV vero, omatissime DIENEMANNE,  
quidquid suscipies id velim DEVS O. M. appro-  
bet atque salutare esse iubeat. Mea in TE studia et  
officia semper constabunt. Dedi in Friederic. ipse  
nonis Octobr. an. clo lxxx XXXVII.

NOB



NOBILISSIMO DOCTISSIMO

G. I. L. DIENEMANNO

S. D.

M. A. G. BAUMGARTEN.

**Q**uibus studiis, qua diligentia, quibus ingenii limatioris  
expolitionibus omnium huc vsque, qui TE no-  
uerant, bonorum votis, a TE forsitan ipso si dis-  
cesfero, satis abunde fecisti, protractum iri propediem in  
lucem, solennique documento magis declaratum, ORNA-  
TISSIME DIENEMANNE, non gaudeo tantum, sed lae-  
tor, nec laetor in sinu, sed gratulor. Fuit enim tanta la-  
borum animorumque nostrorum per aliquot iam annos  
consensio, tam arctum amicitiae communiumque bonorum  
vinculum, vt, qui me, non tam ducem, quam comitem  
in his ipsis, quae nunc decurrit, stadiis strenue sequutus  
est, bonis eum verbis inter publicas acclamations nisi pro-  
sequerer, nae! mihi viderer ipse gnauiter inhumanus. Non  
meum quidem esse probe scies, AMICORVM OPTI-  
ME, praesentibus, quos amo, testibusque cumularas suas  
laudes ingerere, quoque me crederem excarnificari posse,

H 2

vel



vel inconsideratorum maleque sedulorum hominum officio, vel adulatorum artificio modestiam aliorum enecare: patere tamen vnum illud me commemorare, quod in TE mihi dudum obseruarum saepe iam placuit, & nunc ex ipsis, quas defendendas suscipis, lucubrationibus iterum elucescens, si qua possunt arridere praecipue, quando mirifice ducunt omnia, singulariter delectauit. Considerantibus nobis aliquantum curatius eorum etiam numerum, qui disciplinae seuerioris amantes ad bonas litteras integrum appellunt animum, procul esse iussis ignauorum gregibus, oppido pauci reperiuntur, qui plurium scientiarum doctrinarumque vel aliquem ambitum, omnis enim ne postulandus quidem est, non dicam emetiri, sed nosse tantum paulo familiarius conuenire suis rationibus existimant. Si quos inter nos extinctus paene romani sermonis humaniorumque deliciarum amor afflauit, ordior a paucissimis, ita se mellicos in hos fontes ingurgitant, vt olim bene satis loquuturos sperarem, si, quae proloquantur, cogitare didicissent. Alios linguarum, quas sanctiores vocant, desiderium occupauit, praeclarum illud ac laudabile, nisi contaminetur internectione non minus necessarium. Nunc falluntur egregie multi, quum in arcem eruditionis sacrae se penetrasse putant, vbi non nullas grammaticorum regulas, lubricas radicum inuestigationes, verosimiles vocularum deriuationes, peculiare denique loquendi modos memoria satis capaci complexi sunt, in reliquis vel talpae, vel prorsus hospites. Sunt, qui rerum gestarum factorumque memorabilium dulcedine capri tori sunt in perlegendis historiis, stupendoque labore, si quid omnino, saltim hoc  
con-

consequuntur, ut, quis hic, quis ille fuerit, recitare possint in vno pede stantes de plurimis, quid ipsi fuerint, sint, futurique sint, sciant cum ignarissimis. Nec deerunt fortasse nostris sequuturisque temporibus, qui nihil praeter primas edocti philosophiae lineas, puluerem ac radium non excipiam, esse sibi iam in caelo videantur, ac habere, cur coecam caeterorum plebeculam aut alto supercilio despiciant, aut adunco naso suspendant, rapti tamen extra turbatos suos circulos in alium velut orbem delati non elementa sola mundum esse magno suo cum damno sentiant. Ne nimis fiam prolixus, finiam in iis, qui forte sunt plurimi, quos torquet dies noctesque publici muneris expectatio, stimularque festinando potius ex academiis, quod canis Nilo, deportare, quod ad rem faciat proxime, summa tantum rerum fastigia sequi, manibus illotis sacra contrectare, vel nucleo vesci, non fracta nuce, vel utroque carere, quam vna hieme, vel aestate serius optatam tot votis, tot fuspitiis metam contingere. Camarinam mouerem indagaturus huius pestilentiae causas. Apparent tristes illius efficientiae, quando desiderantur apti pluribus simul ferendis oneribus humeri. Quantum et sibi noceant eiusmodi homines, vel inde constat, quod, aut nullis, aut paucissimis, rarissimis, et, ut ita dicam, exquisitis tantum in ipsorum gratiam boni communis utilitatibus admoueri cum fructu possunt, ad plerasque tam inepti, quam qui prorsus nullam aut negligentissimam addiscendis doctorum artibus operam nauarunt. Si quid vnquam, hoc mihi certo persuadeo, cuiuslibet ad eruditionem aspiranti, nisi forte paucissimos ingeniorum heroes exceperim, eligendum quidem

dem esse certum doctrinarum genus, quod suum quasi pe-  
culium esse iubeat, in quo, tanquam in suo, habitet, at ex-  
currendum tamen ad plures etiam, et ita quidem, vt in-  
buatur earum quoque rudimentis animus, iaciatque fun-  
damenta satis firma, quibus, vbiunque deus ac bona for-  
tuna voluerint, superstruere facile plura, sensimque quid  
stabilis ac duraturi labentibus annis exaedificare possit. At il-  
lud ipsum est, AESTVMATISSIME DIENEMANNE,  
quod in TE mihi roties gauisus sum, in quo TE non ore  
tantum ac mente, sed ipsa re luculentissimoque propugna-  
tionis instantis exemplo consentientem habeo. Coniunxis-  
se TE philosophiam cum linguis, videbit, opinor, quisquis  
videbit, quae rueberis, quisquis intererit ipsi consueti. Hi-  
storiam ac Mathesin addidisse TE, sacrationes in primis  
semper litteras excoluisse plures nouerunt, quam vt meo  
sit opus testimonio. Superfedeo, per communes nostras,  
quas modo nomenaui, gratias, obtestari, ne pedem a coe-  
pto tramite referat, quem citatori quotidie cursu peritu-  
rum eximia quaeuis facile praeuideo. Hoc vnum est, quod  
fincerus precor. Adspiret aeternum numen erectioris in-  
dolis conatibus, et, quicquid audes, quicquid audebis,  
DEO dignum, TIBI felix, TVIS lactum, vtile pluribus  
euenire iubeat. Vale.

DOCTIS.

DOCTISSIMO AMICISSIMOQUE  
DIENEMANNO SVO

S. P. D.

M. IO. CHRISTOPHORVS DECKER.

**Q**uem alii testantur, quemque ipse saepius testatus sum TVI amorem, AMICISSIME DIENEMANNE, data hac occasione me posse profiteri publice, non sine magna animi laetitia perferentisco. A quo enim tempore in TVAM peruenire notitiam licuit, non solum vt commilitonem TE cognoui, sed paullo quoque post, ob miram animi studiorumque consensionem familiariter complexus fui ita, vt, dulcis TVAE consuetudinis fructibus delectatus, in primis iam amicitiae nostrae incunabulis eosdem perennes pulcre exoptauerim. Et qui potuissim aliter? quum non modo iis vsus sis doctoribus, praeclaris viris, quos et ego magni facio, sed eas etiam quas alii saepius diuellunt, coniunctissimas doctrinas, illorum exemplo, quos in emetiendo eruditionis campo, non solum auctores, nec suasores tantum sed duces elegeras, pro eo quo inter se arctissime cohaerent nexu, feliciter combinaueris. Quot enim sunt, bone DEVS! qui praeclarum istud philosophiae studium cum sanctioribus disciplinis, fororio quasi vinculo copulatis, coniungere, ac in mutuum vsum conuertere, omni veluti nisu, anhelant! Habent quidem doctrinae philosophicae per se vsus suos non plane contemnendos, adeo, vt, qui in illis discendis, propagandis, ac amplificandis breue vitae suae rempus

pus consumunt, non male egisse optimo iure suo possint gloriari. Theologiae tamen qui nomen dederunt, eos pudeat merito, si qui ita studiis philosophicis se ingurgitant, ut nihil ex his ad sacrarum, quibus se tamen addictos profitentur, disciplinarum usum transferant, adeo, ut his diuinioribus neglectis, nec ex illis aliquid in publicos fructus proferre queant. **TV** ergo, **DOCTISSIME DIENEMANNE**, quantum ab istorum homuncionum sententiis semper abhorrueris, sciunt omnes, qui **TE** vniquam norunt, ceteris ipsae, quibus ingenium praecellens reddidisti, doctrinae restabuntur. Hoc igitur quod ingressus es stadium, strenue decurre, et illos palmae honores exspecta, quos doctrinae illae, quas in deliciis habuisti, suis cultoribus sponte quasi offerunt. Quibus cum morum integritas accedat, quid quaeso **TIBI** melius, **TVIS** optatius, nobis dulcius, et bonis denique omnibus antiquius euenire aliquando poterit? Eas enim, quae ex illis redundant voluptates, ad ipsius summi numinis beatitatem nos veluti conformare quis vniquam negabit? At enim vero hic demum subsisto, quum **TVAE** laudes meam qualemcunque praedicationem excedant; nihilque, nisi preces addo, ut sapientissimus rerum **TVARVM** moderator **TE**, **CARISSIME** mihi que **AMICISSIME DIENEMANNE**, eo, quo huc vsque profequutus est amorem, et in posterum protegar, studiorumque tibi det fructus felicissimos. Ad me vero quod attinet, vehementer etiam atque etiam rogo, ut quem amare incepisti, in posterum quoque diligas **TVI** studiosissimum. Quod igitur restat, res **TVAS** ex voto age feliciter. Vale.

Ergo

**E**Rgo doctrina bene praeparatus,  
Non ea, qualem solet obtinere  
Eruditorum properans caterua,  
Tendis in hostes.

Tendis. Ast illi pede iam retracto  
Arma mirantur TVA, DIENEMANNE,  
Et TVVM gessit caput impedire  
Quisque corollis.

Haec ego laetus video, vidensque  
Ludere vt plestro mihi iam liceret  
Opto, quod Phoebus Veneresque, si quas  
Orbis adorat,

Iam diu dono TIBI tradiderunt.  
Hoc carens saltim strepitante raucum  
Hunc lyra canum volui excitare  
Lactus AMICO

**NATHANAEL BAUMGARTEN.**

---

**V**irtus, ingenium, doctrina, industria, mores  
Iam per amicitiae vim celebranda forent.  
Hisque lubens mea Musa haereret, amice canendis:  
Sed superat vires laus numerumque TVA.

**IO. FRIEDR. GRAEFE.**

I. V. ST.

I

Quem

**Q**uem, DINEMANNE, TIBI laeti pius ardor  
amoris

Sollicitat versum scribere, qualis erit?  
Num quid ego merita referam praeconia laudis?  
Altior ingenit diuitis iste labor:  
Non opis est nostrae patiturus arctissimus illud  
Nexus amicitiae: res satis ipsa docet.  
Quae TVA demonstras artis documenta profundae,  
Suspicit Hala frequens, doctus Hebraeus amat.  
Plaudunt, quae animus solide dignoscere, normis  
Lingua quibus constet principiisque sacra.  
Auscultant auidi prompta TE voce loquentem  
Quoque hodie cathedram scandis honore, vident.  
Ergo meum quid erit? nisi victus, AMICE, triumphos  
Gratuler, eloquium quos scio ferre TVVM.  
Accipe, virtutis quae praemia larga sequentur,  
Et noua doctrinae mox monumenta struas.

IC. SAM. HEVSCHEL,  
OPPONENS.





Te 2608


ULB Halle  
003 904 288


3



fr

Retw ✓





DEMONSTRATIONES  
AD  
EBRAEORVM  
GRAMMATICAM  
PERTINENTES

*QVAS*  
AMPLISSIMI  
PHILOSOPHORVM ORDINIS  
CONSENSV  
*PVBLCO ERVDITORVM EXAMINI*  
SVBIIICIT  
M. IO. CHRISTOPHORVS DECKER,  
ET  
GOTTHILF. IO. LVDOV. DIENEMANN.  
BEROLINAS.

DIE OCTOBRIS MDCCXXXVII.

HALAE MAGDEBVRGICAE,  
LITTERIS IO. HENRICI GRVNERTI, ACADEM. TYPOGR.